



W. & J. Gould 24  
Aug 4.  
No 3

De la Libr. del Cllr de la Comp. de Jesus de Soria  
R. 11.489



**Catechismus, seu manuale  
Oromei. nouiter excussu, diligentiqz  
cura emendatū. Iussu illustrissimi ac  
Reuerendi admodum domini. D.  
Honorati Joan. Episcopi Oromē.**

ANNO. M. D. LXV.



# D. HONORATVS

IOAN. OXOMENSIS EPISCOPVS

Regiusque consiliarius, ac serenissimi Caroli Hispania  
rum Principis magister parochis predictæ dioecesis.  
Salutem & benedictionem.



IHIL magis angebat animum nostrū (fratres dilecti) post pastorale munus nobis iniunctum, quam amor & cura bene de vobis merendi: prosequimur enim vos magno (vt debemus) affectu, insignique bñ uolētia. Itaque assidue meditamur, qua ratione vobis prodeſſe poſſim⁹ uestrisque & eccliarū cōmodis consulere: isque amor & ſtudium tātum abeft ut remittatur, vt in dies augeatur magis. Quam obre ſperamus breui intelligetis non modo prælatū, ſed fratrem, indulgentiſſimumque patrem affequatos fuiffē, ſi modo in vobis ouium mores, obedientiam, & filiorum amorē experti fuerimus. Quāquam enim magno cū mātore onus hoc fuſceperimus, ſciētes longe impar humeris nřis: nihilo ſecius tamē non viribus noſtris & industria, ſed diuino præſidio fidētes, nulli pro vobis labori, non facultatibus, non iſpi vitæ (ſi id res poſtulauerit) parcemus. Cāterū certiores facti eccleſias huius diecēſis laborare catechismorū ſeu manualium penuria, partim quod hi libri corrupti, partim quod mendosi, denique alij zedacitate temporis cōſumpti eſſent: iuſſimus, vi ſumma cura typis mandarentur, & quidem quātitate & folijs exigui, at vero doctrina & mīſterijs referti, præclarique: nimur quod certiſſimæ noſtræ religionis bases ac fundamēta (ſine quibus ad regnum non patet aditus) contineant. Reliquum eſt ut qua deſcet beneuolentia & pietate uſcipiatis, legatis ſapissime, ut rem tanti momenti prompte atque expedite exerceatis. Valete, & ad Deum optimum maximum pro nobis preces fundite.

By command of the conſecratio dei in Guadalajara  
I. W. don for the Bishop  
mayor Flávio de la

# De sacramentis in genere

fj



X I S T I M A M V S plurimū lucis afferre dicēdis si ea ad tria capita redigamus. Quid sit sacramētū, quot sīnt, & quibus cōstēt. Primū omniū, ut alias sacramēti diffinitiones omittamus: illā frēquētiorē, qua rē sacrā significar, amplectemur. Patres ita inquiūt: sacramētū est signum rei sacræ, id est, inuisibilis gratiæ, quæ in elemēto & signo sensibili confertur. Quemadmodum in circuncisione, & cœtēris veteris legis signis gratia conferebatur passionis Christi virtute, quam præfigurabant, nostra etiam signa, siue sacramēta, baptismus, confirmationis, & reliqua omnia sacramēta sunt, & longe perfectiora, eo quod conferunt & efficiunt id quod significant. Significant inquā gratiam & efficiunt, & operantur in anima eius qui rite & digne sumit. Huius rei accipit exemplum in rebus externis ex concilio Florentino. Infirmus sanatur a Deo, a medicina, a dieta, a medico, & quanquam deus sit præcipiūs auctor salutis, nihilominus medicina sanat, & dieta, atque medicus efficit sanitatem, ita in morbo animæ, deus expellit morbum, conferens gratiam dimittit peccata. Verumtamen recte dicimus adimplectio mandatorum ut dieta sanctificat, sanctificant sacramēta, quæ sunt nōdamenta spiritualia, sanctificat & minister, id est sacerdos. Secus est in veteris legis sacramētis, quæ non efficiunt quod significant, quin potius, sicut vas non mundat, sed aqua, sic illa non conferebant gratiam, sed aqua contenta, id est, fides passionis Christi.

## ¶ De numero sacramētorum.

Fides docet quod septem sunt sacramēta ecclesiæ, nimirū, baptismus, confirmationis, eucharistia, pœnitentia, extrema vñctio, ordo, matrimonium. Baptismus est intrantium ad Christi religionem: quia per illum renascimur, & in nouam vitam ingredimur. Per confirmationem roboramur in fide, in gratia augemur. Deinde si renati & roborati, nutrimur eucharistia velut alimonia cœlesti. Pœnitentia sanamur, per quam remittuntur peccata. Per extremam vñctionem sanamur, non solum quoad animam: sed etiam quoad corpus, quatenus expedit animæ. Per ordinem multiplicatur ecclesia spiritualiter, gubernatur, & augetur. Per matrimonium denique augetur ecclesia corporaliter, nouos introducendo milites. Horum tria sunt in iterabili, nempe baptismus, confirmationis, & ordo, eo quod iterari non possunt, hoc est, ab eisdem bis sumi non possunt: non enim baptizatur quispiam bis, nec bis confirmatur, nec bis ordinatur, si semel fuit rite baptizatus, confirmatus, vel ordinatus. Cuius rei causa est, quod

A ij

## Regule.

imprimant characterem, signum quoddam in anima indelebile, quo distinguuntur in baptismo, fideles ab infidelibus: in confirmatione fortis ab imbecillis: in ordine, ordinati, ab inordinatis. Reliqua quatuor iteralia sunt, & bis, terque, & pluries ab eodem percipi possunt.

## ¶ Quibus constent sacramenta.

**C**oncors sententia est vnumquodque sacramentum ex tribus constare, rebus, forma, & ministro, siue intentione: per res materialia & elementum intelligimus: per formam, verba quae proferuntur: per intentionem, quod minister intendat conferre sacramentum, & facere id quod ecclesia intendit. Hæc tria adeo sunt necessaria, ut aliquo eorum deficiente, irritum & inane sit sacramentum. Præterea aduertendum, quod licet omnia sacramenta conueniant in hoc quod sunt instituta, tanquam remedium præstantissima, ac efficacissima, & signa certissima, quibus confertur gratia si debite sumantur. Baptismus tamen & eucharistia, alia superant virtute & dignitate, quod clarius in discursu patebit.

## ¶ Baptismus.

**D**e singulis, ut supradicta apertiora fiant, dicamus pauca: & primo de baptismō ianua vitæ, & sacramentum. **C**Baptismus, vox græca, significat lotionem, siue tinctionem, cuius elemētum, siue materia est aqua vera & naturalis. **C** Forma, ego te baptizo in nomine patris, & filii, & spiritus sancti. Cuius sensus est, hac absolutione virtute sanctæ trinitatis, testor te Deo reconciliari, & effici membrum ecclesiæ. Aptissime in aqua institutus baptismus, nam sicut per aquam fordes, ita per baptismū peccata mundantur: velut in mari rubro periire Pharaon cū exercitu suo, Iudei autem confitentes liberati sunt: ita per baptismum fideles liberantur a demonis potestate. **C** Baptismus adeo efficax est, ut in pueris tollat prorsus peccatum originale, in adultis, omnem culpam & poenam: unde iure fatemur si illico baptizatus discederet a vita, sine mora euolaret ad gloriam, nullibi poenas daturus. Minister ordinarius est sacerdos, nisi imminentे periculo mortis, nam tunc quilibet potest ministrare, etiam haereticus, dummodo obseruet materiam & formam, & intendat facere quod ecclesia intendit.

## ¶ Confirmatio.

**P**ost transitum maris rubri filij Israel ingressi sunt desertum, pugnaturi cum atrocissimis hostibus. Ad hunc modum baptizati, pugnaturi cum hostibus, mundo, diabolo, & carne: quorum impetus tanti sunt, ut sit nemo securus de victoria: necessarius est spiritus confortans, & defen-

dens ab aduersarijs. In baptismo vt milites rescipimur: in confirmatione armamur ad pugnam, & gratia sive dono collato in confirmatione, libere intrepide sine pudore profitemur Christum, & crucem eius: vt nullis terroribus aut cruciatibus ab eo separemur. Huius doni fit mentio Actuū 8. per impositionem manus apostolorum. Quare quemadmodum tunc manus impositio ab apostolis solis tantum fiebat: sic nunc ab episcopis, eo rumque successoribus debet ministrari confirmatio: vnde minister istius sacramenti est solus episcopus. ¶ Materia sive elementum confirmatio nis est. Chr̄isma confectum ex oleo, quod nictorem cōscientiæ significat: & balsamo quod odorem bonæ famæ importat, per confessionem fidei christiana. ¶ Forma vero est, signo te signo crucis, confirmote chr̄isma tesalutis. In nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Hoc in loco admonē di sunt episcopi, quin potius vehementer reprehendendi, eo quod tantū sacramentum, adeo utile & necessarium militibus Christi negligunt, aut differunt. Durum quippe est & inconsuetum, militem inermem, nudum sine gladio, sine lancea, aut alio bellico instrumēto, se in medias acies pro iūcere: certe huiusmodi irrideretur, aut facili negocio superabitur, & in manus hostium incidet.

### ¶ Penitentia.

**I**N hoc sacramento poteramus late spatiari, sed non licet transgredi limites manualis. Pœnitentiam patres sic definierunt. Præterita mala plangere, & plangendo iterum non committere: id est quidam dolor, quædam detestatio vitæ prioris, cum animo & proposito non redeudi ad illa, nec opere, neque corde. ¶ Cuius materia remota peccata sunt: propinquior, sunt actus illi penitentis, Cōtritio, Confessio, & Satisfactio. Cōtritio, id est dolor per signum sensibile. Confessio, auricularis omniū peccatorum, quorum est memor. Satisfactio, per iejunium, orationem, & elemosynā, aut alia pro arbitrio confessoris iniuncta in sacramento. ¶ Forma est, Ego te absoluo a peccatis tuis, hæc est necessaria: sine qua non extaret sacramentum. Non improbamus posse addi alia verba deuotionis gratia. In nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Sed non probamus quod multi sacerdotes faciunt multiplicantes tot verba, & prodigentes, vt verisimile sit oblituros verborum substancialium, sine quibus nullum esset sacramentum. Quamobrem cōsultius fore existimamus, auditis peccatis post absolutionem ab excommunicatione (quæ præcedere debet) dicat sacerdos. Ego te absoluo, nulla facta interpolatione quorumcunque verborum etiam sanctissimorum: post modum si vacat dicat, quod volet modo sancta sint verba, vt infra suo loco latius dicetur. ¶ Effectus huius

## Regule generales.

sacramenti, est remissio peccatorum , siue absolutio a peccatis.

## Eucharistia.

**E**ucharistia, latine bona gratia, nobilissimum & præstantissimum sacramentorum est, & dignitate maior . Primo ratione rei contentæ corporis & sanguinis Christi . Secundo ab effectu, per eam incorporamus Christo, & membra corporis christi efficimur: & ecclesia annectitur suo capiti christo. **C** Huius sacramenti materia quo ad corpus, est panis: quo ad sanguinem, est vinum de vite. **C** Forma corporis est, id per quod christus consecravit: quod sacerdos in persona christi dicit. Hoc est enim corporeū. Forma sanguinis. Hic est calix sanguinis mei noui & æterni testamenti mysteriū fidei, quod pro vobis, & pro multis, effundetur in remissionē peccatorum . Aduertendum tamen ut ex. c. in sacramento de consecra. distinctione secunda, & ex. c. cum marth. § . quæsiuisti de celebra. missa. vino debet parum aquæ misceri, propter significationem: quia verisimile est Christum confecisse in vino aqua mixto . Deinde quoniam ex late. re christi profluxere sanguis pariter & aqua: denique quia aqua ex Apocalypsi populum significat: & in hoc sacramento efficitur quædam vni. populi christiani, suo capiti christo, a quo vnguentum illud gratiæ descen. dit, cuius meminit Psaltes , sicut vnguentum quod descendit in barbam Aaron. Et in oram vestimenti eius , id est ab illo sacerdote summo christo descendit gratia, & gratiæ augmentum ad summos sacerdotes, usque ad infimam plebem. Habet autem hoc dignissimum sacramentum quo anima pascatur, augeatur, & conseruetur spiritualiter . Quemadmodum cibus, potusque, hominem corporaliter reficiunt, augent & conseruant. Nec te moueat duplicitas formæ & matetiæ, ut credas non esse unicum sacramentum . Sunt enim partiales efficientes unam formam & materiam integrâ, respectu totius corporis, quod carne & sanguine constat. Tu etiam quia idem sub utraque specie sumitur, nec minus sub una , quia licet sub specie panis per se sit corpus & caro christi, concomitanter est ibi sanguis, eo quod corpus viuere nequit sine sanguine . Et similiter sub specie vini est sanguis per se: caro autem christi concomitanter.

## Extrema unctio.

**H**Astenus christus pro sua benignitate, & eximia misericordia , præbuit infirmis quædam medicamina: imbecillibus arma, ut dæmonis conactibus resistere possent : nunc vero quia calidissimus ille hostis, nec ullo alio tempore nos oppugnat grauius, quam cum ex hac vita migrandum est, noluit suos destituere extremo illo periculo : quod merito agon

dicitur, id est pugna grauissima. Dignatus est hoc sacramētum instituere, ut firmiores essemus ad repellendos dæmonis impetus, roborati corpore & anima. Anima, expulso peccato. Corpore, adepta & restituta sanitate, prout expedit animæ. Vocatur extrema vñctio a iunioribus: nō quod postrema sit, vt alia subsequi non possit, cum sit sacramentum iterabile: sed quod ultimo consuevit dari, & sit sicut baptismus intrantium: ita & hæc sit exētium, vel quod extrema sit inter quatuor illas vñctiones quæ fiunt. Prima cathecuminiſ. Secunda baptizatis. Tertia confirmatis. Sed vt hūc laborem excutias ab humeris: dic cum patribus antiquis, quod sit sacramentum vñctionis infirmorum: quo vñ sunt apostoli, Marci, 6. oleo plures vnguentis nimirum ex præcepto christi, vt scilicet roborarētur in illo agone, & conflictu grauissimo. ¶ Elementum siue materia huius sacramenti est oleum oliuarum, benedictum ab Episcopo. ¶ Forma vero per istam sanctam vñctionem & suam piissimam misericordiam indulget tibi Deus, quicquid peccasti, per visum vel tactū. &c. vt infra. ¶ Effectus, vñctionis est conferre sanitatem animæ, & corpori, quatenus expeditanimæ vt dictum est.

## ¶ De sacramento ordinis.

S Ine ordine omnia esse cōfusa vulgo dicitur, & experientia indicat, clare ostendit. Qua de causa in ecclesia rite a Deo instituta, quæ velut castrorum acies ordinata, ac terribilis, necessum fuit aliquod sacramentū assignare, quo reliqua apte & cōmode administrarētur distincte: ne cui liber pro libito liceret exercere, et res sacras cōrectare: id vocamus in præsentiarū ordinē siue ordinationē: quæ nunc sic libet definire. Ordo, est signū quoddā sensibile, quo traditur potestas ad alia sacramenta exercenda, & ecclesiæ officia pro diuersitate ordinum. ¶ Cuius materia multiplex est & diuersa pro diuersitate ordinum. Sunt etenim septem ordines, quatuor minores, id est ianitores, siue hostiarij, lectores, exorciste, & acolithi. ¶ Munus hostiarij erat repellere a templo indignos: vt paganos, haereticos, excommunicatos, ethnicos. &c. Traditio claviū est materia. Forma vero sunt verba episcopi, accipe claves. &c. ¶ Lector ordinatur per traditionem libri prophetarum, quæ est vt materia. Forma vero sunt illa verba episcopi, accipite & stote verbi Dei velatores. Horum officium est legere libros prophetarum corā populo. ¶ Tertius ordo est exorcista, id est adiutor, cuius officiū est expellere dæmones a baptizatis, energuminis, & cathecuminiſ. Ordinatur per exhibitionem libri exorcismorū dicente episcopo. Accipite & cōmendate memoriae. &c. ¶ Acolythus græce, latine minister, siue comes: eo quod constitutos in maioribus ordinibus co

## Regule generales.

mitteretur. Ac denique dicti sunt ceroferarij, ex eo quod cereos defferreret, & in ecclesia luminaria incenderent: quo significabant lætitiam ex lumine euangelico. Alij magis ad proprietatem græcam, acolythum interprætantur nō prohibitum, idest admissum ad quædam sacra: nempe, ut præcedat diaconum euntem ad legendum euangelium. Traditio candelabri est vt materia. Veba episcopi, accipe ceroferarium cum cereo. &c. est forma. ¶ Alij tres Subdiaconatus, Diaconatus, Præsbyteratus, dicuntur maiores & sacri. ¶ Est autem officium subdiaconi aquam ad ministerium altaris præparare, & de oblationibus tantum in altari ponere, quantum sufficere possit populo, necnon & epistolam cantare, calicem & patenam in usum sacrificij diacono offerre. Materia huius sacramenti, est exhibitus patenæ & calicis vacui per episcopum. Forma erit, accipe calicem salutis in nomine domini, & perficitur omni modo cum dicit: accipe librū epistolarum vt habeas potestatem legendi in ecclesia. ¶ Diaconus, idest minister, qui in veteri testamento leuitæ nuncupabantur: initiantur sacris per manus impositione, & libri euangeliorum traditionem, per modum materiæ. Cuius forma est accipe librum euangeliorum vt possis legere in ecclesia & prædicare. ¶ Præsbyter, idest senior ratione dignitatis quem nos sacerdotem vocamus, ordinatur siue sacris iniciatur vñctione manuū, & traditione calicis cum vino & patenæ cū hostia, habentium se vt materia. Ut forma vero ex concilio florentino sūt hæc verba: Accipe potestatē offerendi sacrificium in ecclesia pro viuis & mortuis. In nomine patris, & filij, & spiritus sancti: præcedentibus illis verbis. Accipite spiritum sanctum, & quorum remiseritis peccata, erunt remissa: & quorum retinueritis erunt retenta: quibus datur potestas supra corpus christi mysticum: id est ecclesiam, vt possint absoluere & peccata remittere. Minister ordinis est episcopus, effectus vero augere gratiam, vt quis reddatur idonior ad ministrandum.

## ¶ De matrimonio.

Hoc sacramentum nunc coniugium a coniungendo, nunc nuptiæ quia pueræ pudoris gratia se obnubebat, sed frequentius matrimonium, quod inde dictum putat diuus Augustinus, quod eo animo ea intentione nubere debent, vt matres fiant, vt munus & officium matris exercant, & non voluptatis gratia: sed vt filios generent in obsequium diuinum, & religiose educarent: quod Augustinus dicit fuisse in officium ante peccatum. Post peccatum in remedium, hoc est, vt honestate matrimonij infirmitas concupiscentiæ exciperetur, & fornicatio evitaretur: vnde congrua est illa matrimonij descriptio. Viri & mulieris maritalis coniun-

ctio inter personas legitimas, indiuiduā vitæ cōsuetudinē retinens. ¶ His verbis licet obscure indicatur materia siue elementū, nimirū actus nubentū, illa exterior viri & mulieris cōiunctio, siue gestus, actusue: quib⁹ signifi catur volutas cōtrahendi, nūc stipulatione verborū, nūc iunctis dextris, quādoque alijs signis & cæremonijs, iuxta diuersos ritus gentiū. ¶ For ma vero, verba illa aut signa quæ exprimūt consensū mutuū interiorē de præsentī. s. accipio te in meā, vel alia verba quæ idē explicēt. Ex quib⁹ nas citur illa insolubilis cōsuetudo, & amicitia inter virū & fœminā quo ad vixerint, eo quod a natura cōiungūtur, & ideo adhærebit vxori suæ, sub intellige perpetuo: itaque est adeo strictū vinculū vt liceat discedere a parentib⁹ qui nos generūt, non tñ ab vxore. Hoc deus significauit cū ex eis dē ossibus & carne facti sūt, & per verba quæ Adā protulit: hoc nūc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: hinc fit vt nemo coniuguū alteri pos sit admisceri: diuideret enim carnēsuā, & violaret ius alterius, & proles nō educaretur religiose. Multa sese offerebant in re tā lata, sed superseden dū est, ne rationē manualis excedamus, fortassis nōnulla suo dicturi loco.

## Benedictio salis & aquæ dñicis dieb⁹.

¶ Consuuit ecclesia aquā cum sale benedicere dieb⁹ dñicis, quod & p̄cepit Alexander. iij. de cō secratione distin. iij. c. aquā ob plures vtilitates Primo ut aspersi purifīcetur a venialib⁹. Secū do ad evitādas demonis insidias. Deinde ut a versutīs phantasmatis defendantur fideles. Que quidē benedictio sic fieri oportet ante mis sam. Sacerdos indutus vestib⁹ sacrīs, idest alba stola, manipulo, vel saltem superpellīcio, & stola cū cruce & candela incensa, benedicit hoc modo: caueat tamen sacerdos ne bñdicat aquā ex cōmunicatus, alioquin incideret in irregularitatē, similiter non sacerdos, etiam si diaconus existat, vt iure cauetur.

**A**nte benedictionem aque.

**S**acerdotes tuí induantur iustitiam. **R.**  
Et sanctí tuí exultent. **V.** Domíne ex-  
audi orationem meam. **R.** Et clamor  
meus ad te veniat. **V.** Dominus vo-  
biscum. **R.** Et cum spíritu tuo. **Oremus.** **O**ro.

**O**mnipotēs sēpiterne deus, qui sacerdotib⁹  
tuis, p̄ ceteris tantam gratiā contulisti:  
vt quicquid ab eis in tuo nomíne digne perfec-  
teque agitur, a te fieri credatur: quesumus im-  
mensam clementiam tuam, vt quod modo vissi-  
taturi sumus, vissites: quicquid benedicturi, be-  
nedicas: sitque ad nostre humilitatis introitū,  
sanctorum tuorum meritis, fuga demonum,  
et angeli pacis ingressus. Per dominum. **V.**  
Adiutorium nostrum. **R.** Qui fecit celum. **V.**  
Sit nomen dñi benedictū. **R.** Ex hoc nūc. **xc.**  
**D**einde incipiatur exorcism⁹ salis absolute.

**E**xorcizo te creatura salis, per deum **+**  
vivum, per deum **+** verum, per deum **+**  
sanctum, per deum qui te per Elisen⁹  
prophetam in aquam mitti iussit, vt sanaretur  
sterilitas aque: vt efficiaris sal exorcizatum ad  
salutem credentium: vt sis omnibus te sumenti⁹  
bus sanitas anime ⁊ corporis, ⁊ effugiat atque  
discedat ab eo loco in quo aspersum fueris om-

## Exorcismus aque.

vij.

nís phantasia et nequitia, vel versutia diabolice  
fraudis, omnisque spiritus immundus adiura-  
tus. Per eum qui venturus est iudicare viuos et  
mortuos, et seculum per ignem. **R.** Amen. O re  
mus.

**Oratio.**

**T**amensam clementiam tuam omnipotēs  
eterne deus, humiliter imploramus: ut hāc  
creaturam salis, quam in usum generis huma-  
ni tribuisti, bene **X** dicere, et sancti **X** sicaretua  
pietate digneris: ut sit omnibus sumentibus sa-  
lus mentis et corporis: ut quicquid ex eo tactum  
vel respersum fuerit, careat omni immunditia,  
omnique impugnatione spiritalis nequitie.  
Per dominum nostrum Iesum christum filium  
tuum. **R.** Amen.

## Exorcismus aque, et dicatur absolute.

**E**xorcizo te creatura aqua, in nomine **X** dei  
patris omnipotentis, et in nomine **X** Iesu  
christi filii eius domini nostri, et in virtute spiri-  
tus **X** sancti: ut sias aqua exorcizata ad effugan-  
dam omnem potestatem inimici, et ipsum in-  
imicum erradicare, et explantare valeas cum an-  
gelis suis apostaticis, per virtutem eiusdem do-  
mini nostri Iesu christi, qui venturus est iudica-  
re viuos et mortuos, et seculum per ignem. **R.** Amē.

## Exorcismus aque.

**O** Deus qui ad salutem humani gene- **Oro.**  
ris maxima queque sacramenta in aquarū substantia condidisti, adesto propitiis inuocationibus nostris: et elemento huic multimodis purificationibus preparato, virtutem tue benedictionis infunde: ut creatura tua mysterijs tuis seruiens ad abiiciendos demones, morbos que pellendos diuine gratie sumat effectum: ut quicquid in domibus, vel in locis fidelium hec vnda resperserit, careat omni immunditia, libetur a noxa, non illuc resideat spiritus pestilens non aura corrompens, discedat insidie omnes latentis inimici: et si quid est, quod aut in colmitati habitatiū inuidet, aut quieti, aspersione huius aque effugiat: et salubritas per inuocationem sancti tui nominis expetita, ab omnibꝫ impugnationibus sit defensa. Per dominū nostrum. **R.** Amen. **H**ic mittatur sal in aquam in modum crucis, dicendo.

**O**n mixtio salis et aque pariter fiat, In nomine patris et filii et spiritus sancti. **R.** Amen. **V.** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo. **Oremus.** **Oratio.**

**O** Deus inuicte virtutis auctor et insuperabilis imperij rex, ac semper magnificus triū-

phator, qui aduerse dominationis vires reprimitis, qui inimici rugientis seuitiam superas: qui hostiles nequitias potenter expugnas: te domine trementes et supplices deprecamur ac petimus, ut hanc creaturam salis et aque dignater aspicias, benignus illustres, pietatis tue more sanctifices ut ubique fuerit aspersa, per invocationem sancti tui nominis, omnis infestatio immundi spiritus abisciatur, terrorque venenosus serpentis procul pellatur, et presentia sancti spiritus nobis miam tuam poscentibus ubique adesse dignetur.

**P**er dominum. **A**dvertendu quod in dominica resur.

et pente. non benedicitur aqua, sed ex fonte baptissimi extrahitur illa que soleniter benedicta fuit in sabbato precedenti ante infusionem olei et christinatis. **A**spersio aque benedicte.

**A**cerdos celebratus missam genibus fleatis coram altari aspergat altare, et seipsum, et ipse, vel cantor incipiat annum sequentem, et chorus eam prosequatur. Asperges me domine tecum et psalm.

**M**iserere mei deus. **X.** Gloria patri et filio. **Te.**

**R**epetitur annus. Asperges **X.** Ostende nobis dominum tuum. **R.** Et salutare tuum da nobis. **X.** Domine

**A**vobiscum. **R.** Et cum spiri. **O**remus. **D**eo.

**E**xaudi nos sancte pater omnipotens eterne deus, et

## Benedictio aque.

mittere digneris sanctum angelum tuū de celis: qui custodiat, foueat, ptegat, visitet, et defensat oēs hibitantes, vel cōuenientes in hac aula sancta dei. Per chri. **re.** Supradicto modo aggitur aqua per totū annū in diebus dñicis: excepito quod in dñica in passione, et ramis palmarū nō dicitur. **Gloria p̄fī.** sed post psal. **A**sp̄rere mei. Repetatur immediate. **A**sp̄rges me dñe. **A**resurrectione vero usq; ad Pentecostē dicatur añ. Vidi aquā egredientē de tēplo a latere dextro. Alleluia. Et omnes ad quos peruenit aqua ista, salui facti sunt. Alleluia. **Psal.** Cōfitemini dño quoniā bon<sup>r</sup>. **X** Gloria patri. **re.** Sicut erat. Repetatur añ. Vidi aquā egredientem. **re.** Omnia alia ut supra. In dñica trinitatis vero resumitur añ. **A**sp̄rges me dñe. **C** Post processionem vbi est consuetudo quod fiat in diebus dñicis in choro, vel ante altare cātetur añ de beata virgine, cū versiculis sequētibus secundum diuersitatem temporum. In adventu domini. **X.** Rorate celī desuper, et nubes pluāt iustū. **re.** Aperiatur terra, et germinet salvatorē. **In nativitate.** **X.** Puer natus est nobis. **re.** Et filius datus est nobis. **In epiphania dñi** **X.** Vidi mus stellam eius in oriēte. **re.** Et veni-

mus cū muneribus adorare dñm. **In septuage-**  
**sima. v.** Dñe refugiu factus es nobis. **R.** A ge-  
 neratione in generationem. **In quadragesima**  
**v.** Scapulis suis obūbrauit tibi. **R.** Et sub pē-  
 nis eius sperabis. **In dñica in passione et palma-**  
**rū. v.** Dederūt in escā meā sel. **R.** Et in siti mea  
 potauerunt me aceto. **In resurrectione dñi. v.**  
 Surrexit dñs d sepulchro. alleluia. **R.** Qui pro  
 nobis pepēdit in ligno. alle. **In ascensione dñi.**  
**v.** Ascēdo ad patrē meū, et patrē vestrū. alle. **R.**  
 Deū meū et deū vīnum. alle. **In pēte. v.** Spūs  
 dñi repluit orbē terrarū. alle. **R.** Ethoc quod  
 cōtinet oia, sciētiā habet vocis. alle. **In alijs die**  
**b' dñicis. v.** Beati qui habitāt in domo tua dñe  
**R.** In secula seculorū laudabūt te. aut. **v.** Excel-  
 sus super oēs gētes dñs. **R.** Et super celos gloria  
 eius. **v.** Dñe exaudi. **R.** Et clamor. **v.** Dñs  
 vobiscū. **R.** Et cū spīritu tuo. **Oremus. Ofo.**

**O** Mnipotens sempiterne deus edificator et  
 custos ierusalem ciuitatis superne, custodi  
 quesumus die noctuque locum istum, cum ha-  
 bitatoribus eius, vt per intercessionē beate, glo-  
 rioso, semperque virginis Marie, et omniū san-  
 ctorum sit in eo domiciliū incolumentis et pa-  
 cis. Per dñm nostrum Iesum Christū filiū. **Tc.**

**Benedictio panis do-**  
**mínicis diebus.**

**X.** Adiutoriū nřmīn nomine dñi. **R.** Qui fecit celū. **X.** Sit nomen dñi bñ. **R.** Ex hoc nūc. **X.** Dñs vobiscū. **R.** Et cū spíritu. **D**remus. **D**eo.  
**B**enedic dñe creaturā istā panis, sicut bene-  
dixisti quinque panes in deserto, ut omnes  
gustātes ex eo tā corporis quā animē recipiāt sa-  
nitatē. Qui viuis. Et benedictio dei pa-  
tris omnipotētis, et fī **+** līj, et spíritus **+** sancti de-  
scēdat et maneat super hāc creaturā panis. Amē  
Et aspergatur de super aqua benedicta. Hec ce-  
remonia ecclesie nunquā omittatur, quia nō ca-  
ret magno mysterio. Sacerdos indutus super-  
pelliceo & stola, preparatis etiā lumine, oleo san-  
cto, et chrismate, et cruce incipit litaniam.

**H**yre eleisō. **O**hriste eleison. **H**yre elei-  
sō. **O**hriste audi nos. **O**hriste exaudi nos  
**P**ater de celis deus. miserere nobis  
**A**ili redemptor mundi deus miserere nobis  
**S**píritus sancte deus miserere nobis  
**S**ancta trinitas vnus deus miserere nobis  
**S**ancta María ora pro nobis  
**S**ancta dei genitrix ora pro nobis  
**S**ancta vírgo virginum ora pro nobis  
**S**ancte Michael ora pro nobis

## Benedictio fontis.

ix.

- |  |                       |
|--|-----------------------|
| <b>S</b> ancte Gabriel.                          | ora pro nobis         |
| <b>S</b> ancte Raphael.                          | ora pro nobis         |
| <b>O</b> mnes sancti angelii et archangeli dei.  | orate<br>pro nobis.   |
| <b>S</b> ancte Joannes baptista.                 | ora pro nobis         |
| <b>O</b> mnes sancti patriarche et prophete dei. | ora-<br>te pro nobis. |
| <b>S</b> ancte Petre.                            | ora pro nobis         |
| <b>S</b> ancte Paule.                            | ora pro nobis         |
| <b>S</b> ancte Andrea.                           | ora pro nobis         |
| <b>S</b> ancte Joannes.                          | ora pro nobis         |
| <b>S</b> ancte Iacobe.                           | ora pro nobis         |
| <b>S</b> ancte Philippe.                         | ora pro nobis         |
| <b>S</b> ancte Bartholomee.                      | ora pro nobis         |
| <b>S</b> ancte Matthce                           | ora pro nobis         |
| <b>S</b> ancte Simon.                            | ora pro nobis         |
| <b>S</b> ancte Barnaba.                          | ora pro nobis         |
| <b>S</b> ancte Luca.                             | ora pro nobis         |
| <b>S</b> ancte Marce.                            | ora pro nobis         |
| <b>O</b> mnes sancti apostoli et euangeliste.    | orate.                |
| <b>O</b> mnes sancti discipuli domini.           | orate pro nobis       |
| <b>O</b> mnes sancti innocentes.                 | orate pro nobis       |
| <b>S</b> ancte Stephane.                         | ora pro nobis         |
| <b>S</b> ancte Line.                             | ora pro nobis         |
| <b>S</b> ancte Clete.                            | ora pro nobis         |

## Benedictio fontis.

<b>S</b> ancte Clemens.	ora pro nobis
<b>S</b> ancte Cipriane.	ora pro nobis
<b>S</b> ancte Laurenti.	ora pro nobis
<b>S</b> ancte Vincenti.	ora pro nobis
<b>S</b> ancte Sebastiane.	ora pro nobis
<b>O</b> mnes sancti martyres	orate pro nobis
<b>S</b> ancte Petre Dromensis.	ora pro nobis
<b>S</b> ancte Martine.	ora pro nobis
<b>S</b> ancte Gregorii.	ora pro nobis
<b>S</b> ancte Augustine.	ora pro nobis
<b>S</b> ancte Ambrosii.	ora pro nobis
<b>S</b> ancte Hieronymi.	ora pro nobis
<b>S</b> ancte Illefonse.	ora pro nobis
<b>O</b> mnes sancti pontifices, et confessores dei.	orate.
<b>S</b> ancta maria Magdalena.	ora pro nobis
<b>S</b> ancta Felicitas.	ora pro nobis
<b>S</b> ancta Perpetua.	ora pro nobis
<b>S</b> ancta Agnes	ora pro nobis
<b>S</b> ancta Agatha	ora pro nobis
<b>S</b> ancta Lucia.	ora pro nobis
<b>S</b> ancta Catherina.	ora pro nobis
<b>S</b> ancta Clara.	ora pro nobis.
<b>O</b> mnes sancte virgines, et vidue dei.	orate.
<b>O</b> mnes sancti, et sancte dei.	orate pro nobis
<b>P</b> ropitius esto.	Parce nobis domine.

## Benedictio fontis.

x.

- A**b omni malo. Libera nos dñe  
**A**b insidijs diaboli. Libera nos dñe  
**A**morte subitanea, et eterna. Libera nos dñe  
A damnatione perpetua. Libera nos dñe  
**A**b fulgure tempestate et peste. Libera nos dñe  
A b imminentibus peccatorum nostrorum periculis. Libera nos dñe  
**P**er mysterium sancte incarnationis tue. Libera nos domine.  
**P**er aduentum tuum Libera nos dñe  
**P**er nativitatem tuam Libera nos dñe  
Per baptismum, et sanctum ieiunium tuum.  
Libera nos domine.  
**P**er passionem et crucem tuam. Libera.  
Per gloriosam resurrectionem tuam. Libera.  
**P**er admirabilem ascensionem tuam. Libera.  
Per aduentum spiritus sancti paracleti. Libera.  
**I**n die iudicij Libera.  
Peccatores. Terogamus audi nos  
**Q**tpacem nobis dones Terogamus audi nos  
Qtnobis parcas Terogamus audi nos  
**Q**tmisericordia tua nos semper custodiat. Terogamus audi nos.  
Ut ecclesiam tuam sanctam regere, et defensare digneris. Terogamus audi nos.

## Benedictio fontis.

**D**icitur vita eternam nobis dones. Te rogamus audi nos.

**D**icitur donum apostolicum, et omnes gradus ecclesie in sancta religione conseruare digneris. Te rogamus audi nos.

**D**icitur cunctum populum christianum preciosissimum sanguinem tuum redemptum conseruare digneris. Te rogamus audi nos.

**D**icitur locum istum, et omnes habitates in eovisitare et consolare digneris. Te rogamus audi nos.

**D**icitur fontem istum, et aquam bene dicere, et sancti fitare, et consecrare digneris. Te rogamus audi nos.

**D**icitur nos exaudire digneris. Te rogamus audi.

**E**liij Dei. Te rogamus audi nos.

**E**liij Dei. Te rogamus audi nos.

**E**liij Dei. Te rogamus audi nos.

**A**gnus Dei qui tollis peccata mundi. Exaudi nos domine.

**A**gnus Dei qui tollis peccata mundi. Parce nobis domine.

**A**gnus Dei qui tollis peccata mundi. Misere nobis.

**Q**riste audi nos. **Q**riste exaudi nos. **K**rie eleison. **Q**riste eleiso. **K**rie eleison. **P**reui.

## Litanie.

ij.

**X.** Et ne nos inducas in temptationem. **R.** Sed libera nos a malo. **X.** Adiutorium nostrum in nomine domini. **R.** Qui fecit celum et terram. **X.** Sit nomen domini benedictum. **R.** Ex hoc nunc et usque in seculum. **X.** Domine exaudi orationem meam. **R.** Et clamor meus ad te veniat. **X.** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo. **D**remus.

**Oratio.**

**O**mnipotens semperne deus, adesto magnis pietatis tue mysteriis, adesto sacramentis, et ad recreandos nouos populos, quos tibi fons baptismatis parturit, spiritu adoptionis emitte: ut quod nostre humilitatis gerendum est ministerio, tue virtutis impleatur effectu. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate eiusdem spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorum. **R.** Amen. **X.** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo. **X.** Sursum corda. **R.** Habemus ad dominum. **X.** Gratias agamus domino deo nostro. **R.** Dignum et iustum est. **U**ere dignum et iustum est, equum et salutare. **N**ostib[us] semper et ubique gratias agere. **D**omine sancte, pater omnipotens, eterne deus. **Q**ui inuisibili potentia sacramentorum tuorum mirabili

## Benedictio fontis.

ter operaris effectum. Et licet nos tantis myste-  
rijs erquendis simus indigni: tu tamen gratie  
tue dona non deserens, etiam ad nostras humi-  
les preces aures tue pietatis inclina. Deus, cu-  
ius spiritus super aquas inter ipsa mundi pri-  
mordia ferebatur: ut iam tunc virtutem sancti-  
**+** ficationis aquarum naturam conciperet.  
Deus qui nocentis mundi crimina per aquas  
abluens, regenerationis speciem in ipsa diluuij  
effusione signasti: ut vnius eiusdem clemeti my-  
sterio et finis esset vitijs, et origo virtutibus. Re-  
spice domine in faciem ecclesie tue, et multipli-  
ca in ea regenerationes tuas, qui gratie tue af-  
fluentis impetu letificas ciuitatem tuam, fon-  
temque baptismatis aperis toto orbे terrarum  
gentibus innouandis: ut tue maiestatis impe-  
rio sumat vniogeniti tui gratia de spiritu sancto.

**H**ic diuidat aquam digitis in mo-

dum crucis dicens.

**Q**uia hanc **+** aquam regenerandis homini  
bus preparatam, archana sui luminis ad-  
mixtione secundet: ut sanctificatione concepta,  
ab immaculato divini fontis vtero, in nouam,  
regnatamque naturam progenies celestis emer-  
get. Et quos aut sexus in corpore, aut etas dis-

cernit in tempore, omnes in unam pariat gratia mater infantiam. Procul ergo hinc, iuente te domine, omnis spiritus immundus abscedat: procul tota nequitia diabolice fraudis absistat. Nihil hic loci habeat contrarie virtutis admixtio. Non insidiando circumuolet: non latendo surrepat: non inficiendo corrumpat.

**H**ic tangat sacerdos aquam manu dicendo.

**S**it hec sancta et innocens creatura libera ab omni impugnatoris ingressu, et totius nequitie purgata discessu. **H**ic diuidat aquam in modum crucis dicendo. **S**it fons ✠ viuus aqua regene ✠ rans, vnda purissi ✠ cans. Ut omnes hoc lauacro salutifero diluendi, operante in eis spiritu sancto perfecte purgationis indulgentiam consequantur. **H**ic benedic aquam in modum crucis. Unde bene ✠ dicote creatura aque, per deum ✠ viuum, per Deum ✠ sanctum, per deum ✠ qui te in principio verbo separauit ab arida: cuius spiritus super te ferebatur, qui te de paradyso manare fecit et in quatuor fluminibus totam terram rigare precepit. **H**ic aspergatur aqua in modum crucis extra fontem scilicet versus Orientem, cum dicit Bion. Occidentem, cum dicit Phison.

Benedictio fontis.

Septentrionem, cum nominat Tigrim. Et meridiem quando profert Eufratres.

Bion.

Tigris Eufratres.

Phison.

**G**on, Phison, Tigris, et Eufratres. Qui in deserto te amaram suavitate indita fecit esse potabilem, et populo sitienti de petra produxit. Benedico te per Jesum christum filium eius unicum dominum nostrum, qui te in Cana Galilee signo admirabili sua potentia convertit in vinum. Qui pedibus suis super te ambulauit, et a Joanne in Jordane in te baptizatus est. Qui te una cum sanguine de latere suo produxit, et discipulis suis iussit: ut credentes baptizarentur in te dicens. Ite, docete omnes gentes baptizantes eos In nomine patris, et filii, et spiritus sancti. Amen.

Hic suflando siue aspirando ter, in modum crucis, dicat ter, vsque ad dictiōnēm aspira.

**E**c nobis precepta seruantibus tu Deus omnipotens clemens adest: benignus aspira. Tu has simplices aquas tuo ore benedicto: ut preter naturalem emundationem, quā la-

uandis possint adhibere corporibus, sint etiam purificandis mentibus efficaces. **H**ic mittat candelam accensam in aquam dicens.

**O** Escendat in hanc plenitudinem fontis vir tus spiritus sancti, totamque huius aque substantiam regenerandis hominibus prepara tam arcana sui luminis admixtione secundet effectu. **H**ic extrahat a fonte candelam, et gut tis illius faciat crucem in aqua dicens. **I**n nomine patris, et filii, et spiritus sancti. Amen. **S**atim dicat.

**H**ec omnium peccatorum macule delean tur. **H**ic natura ad imaginem tuam condita, et ad honorem sui reformata principijs, cunctis vetustatis squaloribus emundetur: ut omnis homo hoc sacramentum regenerationis ingressus, in vere innocentie nouam infantiam renascatur. Per dominum nostrum jesum christum filium tuum, qui venturus est iudicare viuos et mortuos et seculum per ignem. **R.** Amen.

**Q**ui voluerit devotionis gratia extrahere aquam extrahat illam ante infusionem olei, et chrismatis.

**O**n mixtio olei unctionis, et aque baptis matis sit pariter benedicta, **I**n nomine patris, et filii, et spiritus sancti Amen.

## Regule circa sacramentū baptis̄mi.

**S**tatim īfundatur chrisma ī fontem ī modum crucis dicendo.

**S**anctificetur et secundetur fons iste per īfusionem sacrī chrismatis ex eo renascendis, et liniendis ī vitam eternā. In nomine patris, et filii, et spūs sancti Amen. Et bene dictio dei patris, et filii, et spiritus sancti, descendat et maneat super hunc fontem et aquā. Amen.

## Regule circa sacramentum baptis̄mi.

### De tempore baptis̄ni.



Duertendū primo quod baptismus & exorcismus quolibet tempore conferri possunt, parvulis & adultis, etiam tempore interdicti, & cessationis a diuinis, ut in c. non est vobis desponsa, & c. quoniam de sententia excommunicatio. lib. 6.

## De baptizatis in necessitate a laycis.

**C**irca baptizatos ab obstetricibus, & laycis, imminente periculo mortis multi multa dicunt: quibus cautionibus, & interrogationibus sit vtendum: & quid sacerdos inquirere debeat, ne iteretur baptismus & dāno pueri subueniatur. Nobis pro certo habendum est, quod sacerdos non leuiter nec temere debet credere huiusmodi mulieribus & laycis, qui aut ignorant formam, aut alia necessaria ad essentiam baptismi. Ne ergo tanto periculo exponatur anima pueri in rem graui, baptizetur cum illa conditione. Si es baptizatus, ego non te rebaptizo: sed si non es baptizatus, ego te baptizo. &c. nisi sibi constet baptizatum esse a sacerdote vel layco perito, de quo verisimiliter credatur omnia recte fecisse. Idem censem us faciendum in expositis pueris.

**¶ De patrīnis.**

**P**raterea aduertendum quod licet de iure sufficiat vñus patrinus in isto sacramento vt in. c. in cathechismo & .c. non plures de consecra. dist. 4. de consuetudine tamen Romanæ ecclesiæ : duo tātum sunt admitendi & non plures, ne cognatio spiritualis : quæ inter ipsos contrahitur, multiplicetur, quæ matrimonium impedit. Qui quidem patrini sint per se et ex ætatis vt sciāt respondere pro infante, & non admittantur nisi sciāt orationem dominicam, & symbolum, quia tenentur illa docere baptizatū vt in. c. vos ante omnia de consecra. dist. 4. Item nec maritus & vxor possunt esse patrini ex textu. c. quod autem 30. quæst. 4. Nec religiosi nec religiosæ professæ vt in. c. non licet abbati: de consecra. dist. 4. nisi fuerint milites sancti Iacobi, & aliarum militiarum. Insuper non baptizati, non possunt esse patrini. c. in baptismate de consecra. dist. 4.

**¶ Sacerdos quid tencatur aduertere in conferendo baptis̄mate.**

**P**rimum non baptizet in domibus priuatis nisi urgente necessitate, vt in cle. vna, de baptismo. Qua necessitate occurrens adhibeat pa trinus, si cōmode haberí potest qui infantem teneat: et si vixerit, parentes mittant ad ecclesiam intra quindecim dies, vt ibi super eum fiant exorcis̄ mi & cathechismi, & omnia alia. Omittēda tamen sunt illa. **Quid petis?** **V**is baptizari, vsque ad orationē. **Deus omnipotens.** Deinde sacerdos nō debet alienum subditum extra casum necessitatis vel cōmissionis bapti zare. Praterea caueant sacerdotes ne baptizatum vngant oleo & chris̄ma te veteri vt constat ex. c. si quis de alio de conse. dist. 4. Vocamus oleum vetus, postquam nouum est consecratum ab Episcopo, vt fieri solet in fe ria quinta in cena domini: quare districte præcipimus vt constitutio penultima in titulo de temporibus ordinandorum, quæ circa hoc disponit, omnes illam obseruent: alias incident in poenam illius.

**¶ Qui sint baptizandi.**

**C**um sacramētū istud sit ianua aliorū, & sine illo vita spiritualis obti neri nequeat, testante domino. Ioannis. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Sume agen dum est: vt nullus sine illo discedat. Omnibus cōferendum est parvulis & adultis postquam nati fuerint, in utero tamen matris existentem non debet baptizari, quia qui nondum est natus secundum carnem, regenerari non potest secundum christum. c. qui in maternis cum sequenti de cose cra. distinct. 4. Si tamen caput infantis appareat extra vas mulieris, & pe

# Regule círcas sacramentū baptísmi.

riculum mortis immineat: aspergendum est aqua cum forma verborum. Et quanquam ignoretur an sit vir vel fœmina sufficit quod sacerdos int̄ dat baptizare creaturam illam, cuius caput apparet, quæ si postea nascatur non debet rebaptizari. Siautem aliud membrum extra uterum apparet, baptizetur etiam in illo, & committatur diuinæ misericordiæ: et si postea viuus nascatur baptizetur sub conditione, si est baptizatus. &c. Ita Petrus de Palude in 4. dist. 5. q. 1. art. 1. Et Silvester verbo baptism⁹. 4. §. 1.

**M**Vlier pregnans si moriatur infante existente viuo non est sepelenda, donec infans viuus extrahatur & baptizetur. Idē Petrus de Palude vbi supra.

**F**Uriosi & stulti non sunt baptizandi nisi a nativitate eisdem obuenierit furor vel stultitia. Si tamen propter infirmitatem in furore vel amentiam inciderint, & postea ad usum rationis redierint, & baptismū petierint, baptizandi sunt, & sacramentum recipiunt: licet in actu baptisimi superueniat furor, & cōtradicant. Ita Silvester verbo baptismus. 4. q. 2.

## ¶ Qualiter fiat baptismus.

**O**Mnibus compertum esse credimus, tripliciter administrari posse baptismū. Mergendo puerum in aquā. Et iste modus est magis usitatus & per eum significatur dominica sepultura. c. postquā dē conse. dist. 4. & debet fieri per unicam mersionem, ut in concilio Tolerano. c. propter vitandum, eadem distinct. Secundo fundendo aquam super caput recipientis baptismum, manu ipsius sacerdotis, vel aliquo vase. Et iste modus seruatur frequenter in hoc episcopatu propter periculum. Ter tio exhibetur hoc sacramentum aspergendo aquam, sicut fecerunt ap̄ postoli, qui tria millia hominum baptizauerūt una die, ut habetur Actuū 2. c. quod seruari posset quando esset multitudo baptizadōrū. Vtunque tamen fiat semper debent simul concurrere verba cum elemento aquæ: alias nullum esset sacramentum. c. detrahe. 1. q. 1.

**A**Duerat insuper sacerdos quod in modo baptizandi qui sequitur repetitur sapius littera. N. qua denotatur ut nomen baptizati exprimatur: & aliquando precipitur ut sacerdos interroget patrinos. Como ha nombre? Quod tantum hoc interroget quando ibi præcipitur. Sed quādo ponitur prædicta littera. N. non debet eos interrogare: sed ipsemēt sacerdos nominet infantem suo proprio nomine verbis latinis.

**I**Tem sit cautus, quod si unus solus vir fuerit baptizandus dicat officiū ut ponitur in isto libro. Si vero fœmina dicat super hanc famulam. Si duo viri super hos famulos. Si duæ fœminæ super has famulas. Et hoc obseruatur in orationibus cōmuniib⁹ mutatis mutadis. Benedictio salis, & euangelium, pater noster, & aue Maria, & versus, non sunt duplicanda, &

tiam si super plures baptizandos dicatur. Exorcismi tamen, & consignationes, tam frontis, quam pectoris, & cæterorum membrorum cuilibet infantis seorsum fiant: quia diuersi sunt dæmones tales torquentes.

## ¶ Post baptismum.

**C**ompleto baptismo, sacerdos statim in libro ad hoc diputato scribat nomina baptizati, & parentum, & patrinorum, & ministri qui illum baptizavit, cum die, mense, & anno: ut sciatur an sit baptizatus, & quando. Et etiam propter cognitionem spiritualem inde contractam, quæ sufficiens est ad impediendum matrimonium contrahi, & ad dirimentium iam contractum. c. i. de cognatione spirituali lib. 6. alias incidentia pœnam constitutionis primæ, de cognatione spirituali.

## ¶ Ordino baptizandi.

**C**Sacerdos indutus alba, vel superpelliceo, et stola, precedentibus cruce, et candela incensa, accedit ad ianuam ecclesie ubi sunt patrini cum pueri, ibique patrini teneat baptizandum super brachium dextrum, siue masculus sit, siue femina, quia sic sacerdos poterit facere signa super baptizandum commodius.

**C**Tunc sacerdos interroget.

**Q**ue traeys aqui infante o infata? **R**espó dan los padrinos. Infante o infanta.

**S**acer. Que quiere ser? **R**espó dā. Chri stiano. Sacer. Como quiere auer nōbre? **R**espó dā. Su nombre que poner le quisieren. Sacer. Que pide ala yglesia? **R**espondan. Fe. Sacer.

**D**ido baptizandi.

La se que le prestara? Respondan. Vida para siempre. **T**unc dicat sacerdos. **A.**

**H**ec est autem vita eterna, ut cognoscas et credas unum et verum deum, et quem misit Iesum christum filium eius: qui cum patre et spiritu sancto vivit et regnat deus. Per omnia secula seculorum. **R.** Amen. **T**unc sacerdos sufflet ter in faciem, semel in qualibet persona trinitatis, dicendo.

**I**n sufflo te diabole maledicte In nomine patris, et si filij, et spiritus sancti: ut exeras et recedas ab hoc famulo dei. **A.** quem tua fraude decepisti. **T**statim.

**A**xi spiritus immunde ab eo, et da honorem deo viuo, et vero, et da honorem Iesu christo filio eius: et spiritui sancto paracleto aduenienti, et recede ab hac dei imagine. In nomine patris et filij et sp̄us sancti. **R.** Amen. **T**hic sufflet super baptizandum semel dicens. **A.**

**A**cipe spiritum sanctum: ut per istam insufflationem, et dei benedictionem, exeat a te spiritus malignus, et ingrediatur in te spiritus sanctus paracletus, In nomine patris, et filij, et sp̄us sancti. **R.** Amē. **T**Postmodū faciat crucem in fronte, in pectore, et inter scapulas infantis dices. **A.**

## Ordo baptizandi.

xvi.

**S**ignum cru+ cis saluatoris domini nostri Je  
su christi in frontem tuam pono. Signum  
cru+ cis saluatoris domini nostri iesu christi,  
in pectus tuum pono. Signum cru+ cis salua  
toris domini nostri Jesu christi inter scapulas tuas  
pono: ut habeas vitam eternam, et vias in se  
cula seculorum. **R.** Amen. **C**Immediat<sup>e</sup> dicat sa  
cerdos faciendo signa in sequentibus locis. **A.**  
Signo oculos + tuos, ut videas claritatem dei.  
Signo aures + tuas, ut audias virtutes dei. Si  
gno nares + tuas, ut percipias odorem suauita  
tis. **C**or + ut credas. **O**s + ut confitearis illi,  
qui te saluum fecit: ut nullam habeat diabolus  
in te potestatem: sed trinitas sancta regnet in te  
et perducat te in vitam eternam. **R.** Amen.  
**H**ic faciat sacerdos crucem in fronte: et in cor  
de infantis, dicendo. **A.**

**A**ceipe signum crucis tam in fron+ te quā  
in cor + de, et sume fidem celestium prece  
ptorum, et tales te exhibe moribus: ut templū  
dei effici merearis. Per christum dominum no  
strum. **R.** Amen. **H**ic ponat manū super caput  
baptizandi. **X.** Dominus vobiscum. **R.** Et cu  
**O** spiritu tuo. **D**remus. **O**ratio.  
**A**gnipotens sempiterne deus, pater domi

## **D**ido baptizandi.

nō nostri iesu christi respicere dignare super hūc  
famulum tuum. **A.** quem ad rudimenta fidei  
vocare dignatus es: omnemque cecitatcm cor-  
dis ab eo expelle: dirupe omnes laqueos satha-  
ne quibus fuerat colligatus. **H**ic sacerdos ap-  
prehendat manum pueri dexteram, et ingredia-  
tur ecclesiam dicendo. **A**peri ei domine ianuā  
pietatis tue: ut signo sapientie tue imbutus om-  
nium cupiditatum setoribus careat, et ad suauē  
odorem preceptorum tuorum letus tibi in ecclē-  
sia tua deseruiat, et proficiat de die in diem: ut  
idoneus efficiatur accedere ad gratiam baptis-  
mī tui percepta medicina. Per eundem domi-  
num nostrū Iesum christum filium tuum, qui  
venturus est iudicare viuos et mortuos, et secu-  
lum per ignem. Amen. **H**ic, signum crucis in  
fronte faciat. **D**remus. **D**ratio.

**P**Reces nostras quesumus domine clemen-  
ter eraudi: ut hunc electum tuum. **A.** cru-  
cis dominice: cuius impressione eum signa-  
mus, virtute custodi: ut magnitudinis glo-  
rie tue rudimenta seruans, per custodiam man-  
datorum tuorum ad regenerationis gloriā per-  
uenire mereatur. Per Christum dominum no-  
strum. **R.** Amen. **D**remus. **D**ratio.

peccata mundi miserere nobis. **T**ertio additur  
Dona nobis pacem. **P**ercutiat pectus cum di-  
cit Miserere nobis, et dona nobis pacem.

**H**ic Postea inclinatus dicit.

**D**omine Iesu christe, qui dixisti apostolis  
tuis, Pacem meam do vobis, pacem relin-  
quo vobis, ne respicias peccata mea, sed fidem  
ecclesie tue, eamque secundum voluntatem tuā,  
pacificare, et coadunare digneris. Qui vivis, et  
regnas deus. Per omnia secula seculorū. Amē.  
**H**ic, sacerdos deosculetur hostiam similiter  
et patenam, oblatam a ministro **dicens**. Pax te  
cum. **E**t minister respondet. Et cum spiritu tuo  
**S**acerdos. Pax christi, et ecclesie abūdet in cor-  
dibus nostris. **S**tatim dicat sequētes orationes.

**D**omine Iesu christe, fili dei vivi, qui ex vo-  
luntate patris cooperante spiritu sancto,  
per mortem tuam mundum vivificasti: libera

**De sacramento matrimonij.** **Ixxxvij**

me per hoc sacrum corpus et sanguinem tuum,  
ab omnib<sup>z</sup> iniquitatibus meis, et vniuersis ma-  
lis: et fac me tuis semper inherere mandatis, et  
a te nunquam separari permittas. Qui cū eo-  
dē deo patre, et spiritu sancto, viuis, et regnas  
deus, in secula seculorum. Amen. **Oratio.**

**P**Erceptio corporis tui domine Iesu christe,  
quod ego indignus sumere presumo, non  
mibi proueniat in iudicium, et condemnationē  
sed pro tua pietate profit mibi ad tutamentum  
mentis, et corporis, et ad medelam percipiendā.  
Qui viuis et regnas cum deo patre in vnitate  
spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorū  
Amen. **Hic reuerenter dicat.**

**P**Anem celestem accipiam: et nomen domi-  
ni inuocabo. **D**einde dicit ter, tūdendo pē  
**D**omine non sum dignus, vt intres (ctus.  
sub tectum meum, sed tantum dīc verbo, et  
sanabitur anima mea. **Q**uo dicto, signet se  
cum ipso corpore domini, dicens.

**Q**Opus domini nostri Iesu christi, custo-  
diat animam meam in vītā eternā. Amē.  
**E**t tūc reuerēter sumat corp<sup>z</sup> cū lingua, dicens.  
**Q**uid retribuā domino, pro omnibus que  
retribuit mibi: Calicem salutaris accipiā,

## Desacramento matrimonij.

et nomen domini inuocabo. Laudans inuocabo dominum, et ab inimicis meis saluus ero.  
Quibus dictis signat se cum calice, dicens.

**S**anguis domini nostri Iesu christi custodiat animam meam in vita eternam. Amen.

Statim sumat sanguinem: sumpto autem sanguine dicat.

**Q**uod ore sumpsimus domine, pura mente capiamus, et de munere temporali, fiat nobis remedium sempiternum. Deinde vadat ad cornu altaris, dicendo.

**O**rpus tuum domine quod sumpsi, et sanguis tuus quem potavi, adhereat visceribus meis, et presta, ut in me non remaneat scelerum macula, quem pura et sancta refecerunt sacramenta. Qui vivis et regnas in secula seculorum. Amen.

Com.

**B**enedicimus deum celum, et coram omnibus viuentibus confitebimur ei: quia fecit nobiscum misericordiam suam. **O**ratio post communionem.

**P**roficiat nobis ad salutem corporis, et anime domine deus, huius sacramenti suscepio, et sempiterne sancte trinitatis, et individue unitatis confessio. **A**lia oratio que dicenda est sub eadem conclusione.

**De sacramento matrimonij** lxxxviij

**Q**uesumus omnipotens deus, instituta pro  
videntie tue pio amore comitare, ut quos  
legitima societate connectis, longeua pace custo-  
dias. Per dominum nostrum Iesum christum. **Ec.**  
**XV.** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.



**Q**uod finita missa, sacerdos vertat se ad nubentes,  
et extensa manu super eos dicat orationem sequentem

## De sacramento matrimonij

**D**eus Abraham, deus Isaac, deus Jacob,  
Ipse vos coniungat, impleatq; benedictio  
nem suam in vobis. **R.** Amen. Benedic do-  
mine adolescentulos istos, et semina semen vi-  
te eterne in mentibus eorum: ut quicquid pro  
utilitate sua didiscerint, hoc facere cupiant. Per  
dominum nostrum Iesum christum. **TC.** **R.** Amen.

**B**enedic vos omnipotens deus, et cor ve-  
strum sinceri amoris copulet nervu perpe-  
tuo. Amen. Floreatis rerum presentium copia:  
fructificetis decenter in filiis: gaudeat is peren-  
niter cum fidelibus amicis. Amen. Tribuat vo-  
bis dominus bona perennia, et post presentia  
tempora feliciter dilata: sentiat is gaudia sempí-  
terna. Amen. Ipse qui unum trinumque possi-  
det nomen, et gloriatur deus, benedic vos in  
secula seculorum. Amen. Benedictio dei pa-  
tris, et si **+** filij, et spiritus **+** sancti, descendat et  
maneat super vos: angelus boni custodiat vos  
semp. Amen. **C**imoto velo et stola, a capitib;  
nubentiu, sacerdos dicat acceptis manib; eorū.

**I**c accepistis benedictionem a domino, et mise-  
ricordiam a deo salutari suo. Quia hec est  
generatio querentium eum, querentium faciem  
dei Jacob. **C**ein deo dicat sacerdos sponso.

**De sacramento matrimonij.** lxxxix

**H**ermano mio yo os entrego muger, y  
no sierua: y ansi la aueys vos de amar  
como Jesu christo nuestro señor amo a  
su sancta yglesia.

**Hoc per acto**

**dicat sacerdos humiliter orationem sequentē.**

**P**laceat tibi sancta trinitas obsequium ser-  
uitutis mee: et presta, ut hoc sacrificium quod  
oculis tue maiestatis indignus obtuli, tibi sit ac-  
ceptabile, mihi que et omnibus, pro quibus il-  
lud obtuli, sit te miserante propitiabile. Per chri-  
stum dominum nostrum. Amen. **Deinde facta**  
**cruce super aram, vertat se, et benedicat populu**  
**dicens. V. In unitate sancti ✠ spiritus, bene-**  
**dicat vos pater et filius. R. Amen. C Postea**  
**flexis genibus, salutet virginem Mariam secun-**  
**dum temporis exigentiam.**

**¶ Quando mulier post velationem**  
**primo intrat ecclesiam.**

**C**sacerdos induitus superpelliceo, et stola, ac-  
cedat ad ianuam ecclesie, ubi aspergat illam a-  
qua benedicta, et dicat. **V.**

**D**iutorium nostrum in nomine domini.  
Qui fecit celum et terram. **Psalmus.**

M

## Cum mulier post relationem

**D**eus misereatur nostri, et benedicat nobis:  
illuminet vultum suum super nos, et misere-  
reatur nostri. **A**t cognoscamus in terra viam  
tuam: et in omnibus gentibus salutare tuum.  
**C**onfiteantur tibi populi deus: confiteantur  
tibi populi omnes. **N**ecentur et exultent gen-  
tes: quoniam iudicas populos in equitate, et gen-  
tes in terra dirigis. **C**onfiteantur tibi populi  
deus: confiteantur tibi populi omnes: terra de-  
dit fructum suum. **B**enedicat nos deus noster,  
benedicat nos deus: et metuant eum omnes fi-  
nes terre. **Gloria patri.** **xc.** **D**ecinde addatur  
psalmus. **B**eatí omnes qui timent dominū:  
totus, ut supra. **sol.** lxxvij. **cum** **Gloria patri.**  
**C**Statim dicit **Byz**ie eleison. **A**briste eleisō.  
**R**yrie eleison. **P**ater noster. **A**ve maria. **v.**  
**S**aluam fac ancillam tuam. **v.** **D**eus me⁹ spe-  
rantem in te. **R**. Nihil proficiat inimicus in ea  
**R**. Et filius iniquitatis non apponat nocere ci.  
**v.** **E**sto ei domine turris fortitudinis. **R**. A  
facie inimici. **v.** **D**omine eraudi orationem  
meam. **R**. Et clamor meus ad te veniat. **v.** **D**o-  
minus vobiscū. **R**. Et cum spiritu tuo. **Oem⁹.**  
**O** **A**nipotēs sempiterne deus crea-**D**ratio.  
tor celi ⁊ terre, qui omnia de nihilo creasti:

**primo intrat in ecclesiam.**

xc.

qui que Adam protoplastum de limo terre  
formasti, et Euam illi in adiutorium dedisti, et  
benedixisti eis dicens. Crescite et multiplicamini  
nisi, et replete terram: ne respicias ad peccata no-  
stra, sed ad fidem ecclesie tue, et bene ✠ dicere  
digneris hanc famulam tuam, una cum marito  
suo, et da illis secunditatem sobolis, et de rore  
celi, atque de pinguedine terre abundantiam, et  
benedic eis, tam in domibus, quam in agris, et  
ubique in iumentis, et peccoribus, omniq; pos-  
sessioni eorum be nedic: et duc eos in omni pie-  
tate, et castitate, morum honestate, et timore dei  
ad vitam eternam. Per christum dominum no-  
strum. **R.** Amen. ¶ **T**unc sacerdos tradit caput  
stole mulieri, et ducens eam in ecclesiam, dicat.  
**E**ngredere in dominum dei, et adora filium vir-  
ginis: qui tibi secunditatem prolis tribucre dig-  
netur. Per Iesum christum dominum nostrum,  
mediatorem dei, et hominum, qui cum patre, et  
spiritu sancto vivit, et regnat deus. Per omnia  
secula seculorum. **R.** Amen. ¶ **P**ostea sacerdos  
celebret: et mulier audiat missam diei, vel aliam  
ad libitum, cum candela accensa in manibus, et  
sinita missa benedicat eam hoc modo. Benedi-  
ctio dei omnipotentis pa ✠ tris, et si ✠ lij, et

**Q**uando mulier non potest cōcīpere.  
spiritus sancti descendat super te, et maneat semper. Amen. **E**t aspergatur aqua benedicta.

**Q**uando mulier non potest concipere.

**E**spergat sacerdos superpelliceo, et stola indutus, aqua benedicta, et dicat.

**H**a nomine patris, et filii, et spiritus sancti, Amen. **A**d iutorium nostrum in nomine domini. **R**. Qui fecit celum, et terram. **P**ropterea. **B**eati omnes qui timent dominum, sol. **I**xxvij. **T**otus cum gloria patrii, ut supra. **A**men. Benedicat tibi dominus ex Sion, et videas filios filiorum tuorum usque in tertiam, et quartam generationem. **R** Yrie eleison. **O** Christe eleison. **R** Yrie eleison. **P**ater noster. **H**unc uestigia maria. **O** redi in deum. Quibus dictis sacerdos prosequatur. **R**. Saluā fac ancillam tuam. **R**. Deus meus sperantē in te. **R**. Sint filii tui sicut nouelle oliviarum. **R**. In circuitu mense tue. **R**. Domine exaudi orationē meam. **R**. Et clamor meus ad te veniat. **R**. Dominus vobiscum. **R**. Et cū spiritu tuo. **O**remus. **D**eus qui emortuam vulnus Sarre dico. **R** ita per Abraham sēmen secundare dignatus

## Quādo mulier non potest cōcīpere. xcj

es: ut ei contra spem sobolis filius nasceretur,  
presta huic famule tue pro tua sterilitate depre-  
cantī: ut merorem infecunditatis ab ea submo-  
neas, et ad concipiendam sobolem ei secundita-  
tem tribuas, et filium quem donaueris clemen-  
ter benedicas. Per christum dominum nostrū.

R. Amen. Oremus.

Dratio.

Questatis tue clementiam deus pater omni  
potens suppliciter exoramus, ut preces no-  
stras pro sterilitate huius famule tue benignus  
assumas: et ei prolem, tibi, et omnibus gratio-  
sam cōcedere digneris. Per christum dominū.

Post hec aspergat eam aqua benedicta, et  
precipiat ut dicat, vel dici faciat predictum psal-  
mum. Beati omnes. Pater noster. Ave Ma-  
ria, Oredo. et quod honeste cum viro suo, et  
pudice actum matrimoniale exerceat.

## Quando coniuges sunt impediti aut maleficiati.

Primo quidem uterque coniux confiteatur  
peccata sua, et accipiat corpus dñi, flexisq; ge-  
nibus audiant missam de vinculis sancti Petri,  
vel alia iuxta devotionem eorum, quam atten-  
te audiant: peractaque missa accedant ad alta-

**Q**uando coniuges sunt impediti  
re, flectantque genua: ibi q̄ sacerdos dicat qua-  
tuor cuangelia consueta, scilicet. **E**n principio  
erat verbum. **Q**uis est angelus Gabriel. **Q**uā  
natus esset Jesus, et **R**ecumbentibus. **D**ecinde  
sacerdos dicat versus sequentes. **v.**

**A**udiutorium nostrum in nomine do-  
mini. **R.** Qui fecit celum et terram.  
**v.** Post partum virgo inviolata per-  
mansisti. **R.** Dei genitrix intercede  
pro nobis. **v.** Domine non secundum peccata  
nostra facias nobis. **R.** Neq; secundū iniqui-  
tates nostras retribuas nobis. **v.** Domine ex-  
audi orationem meam. **R.** Et clamor meus ad  
te veniat. **v.** Dominus vobiscum. **R.** Et cum  
spiritu tuo. **O**remus. **Dio.**

**O** Eus qui corda fidelium sancti spiritus il-  
lustratione docuisti, da nobis quesumus  
in eodem spiritu recta sapere, et de eius semper  
consolatione gaudere. **Dratio.**

**Q**uoniam nos famulos tuos quesumus domine  
deus perpetua mentis et corporis sanitatem  
gaudere, et gloria beate marie semper virginis  
intercessione a presenti liberari tristitia, et eter-  
na perfici letitia. **Dratio.**

**D**eus, cui proprium est misereri semper et

**aut maleficiati.**

xcij

parcere, suscipe deprecationem nostram, et hos  
famulos tuos, qui propter sua peccata ligati sunt  
miseratio tue pietatis absoluat. Per dominum. **aia.**

**S**olue iubente deo terrarum Petre catenas, qui  
facis ut pateant celestia regna beatiss. **v.** Ora pro  
nobis beate Petre. **R.** Ut digni. **tc.** **v.** Domi-  
nus vobiscum. **R.** Et cum. **Oremus.** **Oratio.**

**D**eus qui beato petro apostolo tuo collatis  
clanibus regni celestis animas ligadi atq[ue]z  
soluendi pontificium tradidisti, cõcede, ut inter  
cessionis eius auxilio, a peccatorum nostrorum  
nexib[us] liberemur. Qui vivis et regnas cum deo.  
**ps.** Dominus soluit cõpeditos. Dominus illuminat cecos  
Dominus erigit elisos. Dominus diligit iustos, dominus  
custodit aduenas: pupillum et viuam suscipiet  
et vias peccatorum disperdet. **Regnabit dominus**  
in secula deus tuus Sion, in generatione et  
generationem. **Gloria patri.** **tc.** **Oratio.**

**D**ñe deus op[er]s, qui aperis, et nemo claudis:  
claudis, et nemo aperit, veni et solue vincos  
a laqueo quo tenentur per misericordiam tuam.  
Mitte domine sanctum angelum tuum ante fa-  
ciem nostram, ut effugiat omnia vincula, et ten-  
tameta Sathan. Amen. **v.** Domine exaudi  
orationem meam. **R.** Et clamor meus ad. **tc.**

**Quando coniuges sunt impediti**

**X. Dominus vobiscum. Et cū spiritu tuo.**  
**Oremus.**

**Dratio.**

**D**omine Iesu Christe, dei, et beate Marie virginis filius, qui in paradiſo terrestri matrimoniū instituisti in officium ſine conſeruatione, et multiplicationem humanae nature, ipſumque mirabiliter honorasti aduentu tuo ex primordijs miraculorum tuorum: tu per merita et preces beatissime virginis Marie matris tue, et beati Vincentij confessoris tui, et omnium sanctorum, et sanctarum tuarum digneris hos famulos tuos, quos matrimonialiter coiuinxisti benedicare, ac plene liberare, ab omni ligamēto, fascinamento, et maleficio sathanæ, et dare eis secunditatem et gratiam, ut libere possint matrimonio suo uti, ad generandum, concipiendum, portandum, pariendum, et nutriendum, prolem deo et hominibus gratam. In nomine patris, et filii Iesu Christi, et spiritus sancti. Amen. Jesus Marie filius, mundi salus, et dominus, sit vobis clemens et propitiatus. Amen. **Postea dicat psal-**  
**sequentes.** Beati omnes qui timent dominum. Qui habitat in adiutorio. Domine quid multiplicati sunt. omnes integrum Gloria patri. **O**ccinde. Kyrie eleison. Christe eleison. Ky-

aut maleficiati.

xcij

rie eleison. **P**ater noster. **R**. Et ne nos inducas  
in temptationē. **V**. Saluum fac seruum tuum, et  
ancillam tuam. **R**. Deus meus sperantes in te,  
**V**. Misce eis domine auxiliū de sancto. **R**. Et  
de Sion tuere eum. **V**. Nihil proficiat inimi-  
cus in eis. **R**. Et filius iniquitatis non apponat  
nocere eis. **V**. Esto eis domine turrī fortitudi-  
nis. **R**. A facie inimici. **V**. Domine exaudi oratio-  
nē meā. **R**. Et clamor meus. **V**. Domine vobiscum.  
**R**. Et cū spiritu tuo. **O**remus. **D**ratio.

**D**omine Iesu christe fili dei vivi, qui uterū  
beatissime virginis Marie mirabiliter se-  
cundasti, ut de spiritu sancto conciperet, porta-  
ret, pareret, ac nutriri ret, te deum et hominem sal-  
uatorem mundi inuocamus per clementiam tuā,  
ut his famulis tuis. **A**, et **A**, semoto omni im-  
pedimento et maleficio demonis, secunditatē  
donare digneris, ut generare, cōcipere, portare,  
ac nutrire valeant, prolē tibi gratā in vitam eter-  
nam. Amen. In nomine patris. **E**t si filii,  
et spiritus sancti. Amē. **D**einde dicat psalmū.  
**B**eatūs vir qui non abiit in consilio impiorū.  
totum, cum gloria patri. **T**unc sacerdos im-  
ponens manus super caput utriusque, primo  
viri. **D**icat. Iesus Marij filius, mundi salus, et

## Cum mulier patitur abortum

domin⁹, qui beatissime virginis marie matris  
sue felicem partum tribuit: ipse tibi concedat, ut  
possis in utero portare, souere, et parere, et be-  
ne nutrire prolem deo, et hominibus gratam.  
In nomine patris, et filii, et spiritus sancti. Amen.

**P** Quid sit agendum, cum mulier  
consuicit abortum facere.

**C** Sacerdos similiter indutus superpellicco, et  
stola mulier existente genibus clericis in gradu al-  
taris dicat.

**A** Diutorium nostrum in nomine domini  
**R.** Qui fecit celum et terram. **X.** Saluā  
fac ancillam tuam domine. **R.** Deus meus spe-  
rantem in te. **X.** Esto ei domine turris fortitu-  
dinis. **R.** A facie inimici. **X.** Nihil proficiat  
inimicus in ea. **R.** Et filius iniquitatis non ap-  
ponat nocere ei. **X.** Mitte ei domine auxilium  
de sancto. **R.** Et de Sion tuere ei. **X.** Domi-  
ne exaudi orationē meam. **R.** Et clamor meus  
ad te veniat. **X.** Dominus vobiscum, **R.** Et cū  
spiritu tuo. **O**remus. **D**ratio.

**O** Mnipotens sempiterne deus, qui dedisti  
famulis tuis in cōfessione vere fidei eterne

**Cum mulier patitur aborsum.** xciiij

trinitatis gloriā agnoscere, et in potentia maiestatis adorare unitatē: quesumus, ut eiusdem fidei firmitate ab omnib⁹ semper muniamur aduersis. Per christum dñm. R. Amen. Orem⁹ Dño

**D**omine deus omnium creator, fortis et terribilis, iustus atque misericors, qui solus bonus et pius es, solus prestans, solus iust⁹, omnipotens et eternus: qui de omni malo liberas Israel: qui fecisti electos et sanctificasti eos munere spūs sancti, videlicet Ioannem Baptistā virginem glorioſiſſimam Mariam in utero, et alios secundum gradus varios, antequam more solito nascerentur. Accipe sacrificium cordis contriti quesumus, ac seruens desiderium hui⁹ famule tue humiliter supplicantis pro conseruacione prolis debilis (quam dedisti eā concipere) et custodi partem tuam, atque sanctifica immensa tue gratie bene dictione, et defende ab omni malo, et iniuria diri hostis: necnon a quibuslibet aduersitatibus crudelibus, et iniquis: ut ad lucē presentis vite iocundissimā adiuuante manu tua veniat incolumis, tibiq; in omnib⁹ iugiter deseruiat, et vitā consequi sempiternā finaliter mereatur. Per dñm nostrum Iesum christū filium tuum. R. Amen.

**L**um mulier patitur aborsum.

**P**ostea aspergatur aqua benedicta dicendo psalmum. **D**eus misereatur nostri, totum cum

**G**loria patri. **v**t supra. **f**ol. xlviij. **e**t subiungat.

**X.** Benedicamus patrem et filium cum sancto spiritu. **R.** Laudemus et super exalte mus cum in secula. **X.** Angelis suis deus mādauit de te.

**R.** Ut custodiant te in omnibus vijs tuis. **X.**

**D**omine exaudi orationem meam. **R.** Et clāmor meus ad te veniat. **X.** Domin' vobiscū **R.**

Et cum spiritu tuo. **O**remus. **D**ratio.

**V**isita quesumus domine, cunctam habita  
tionem istam: et omnes insidias inimici ab  
ea, et ab hac famula tua longe repelle, et angelī  
tui habitent in ea, qui eam et eius prolem in pa  
ce custodiant, et bene **+** dictio tua sit super eam  
semper. Salua eam omnipotens deus, et lucē  
tuam ei concede perpetuam. Per dominum no  
strum Iesum christum filium tuum. Qui tecū  
vivit, et regnat in unitate spiritus sancti deus.  
Per omnia secula seculorum. **R.** Amen. Bene  
dictio dei pa**+**tris, et si**+**lij, et spiritus **+**  
sancti descendat, et sit super te, et super prolem  
tuam, et maneat semper. Amen.

**¶ Quo pacto ecclesia polluta sit  
reconcilianda.**

**C C L E S I A** polluitur per sanguinis humani iniuriousam effusionē intra ecclesiam aut cōmiterium factā. c. proposuisti. c. fina. de consecra. ecclesiæ: & quia in his potius consideratur locus percussionis, quam effusionis etiam si in vase colligatur, & percussus exeat ab ecclesia priusquam fundatur sanguis polluitur ecclesia. Item per iniuriam, nā sine ea nulla est pollutio. Per effusionem (idest) copiose, & abundāter, nā nimis modica effusio sanguinis non obstat. glo. in. c. pro illorum verbo sanguinis ex sent. excommu. dicitur etiam intra ecclesiam, nam subtus (idest) in aliqua spelunca & super, hoc est super tectum. Hæc omnia notat Io. and. & doctores in. c. vnico, de consecratio. ecclesiæ lib. 6

**C** Secundo si homicidium intra ecclesiam fiat cum voluntaria occidentis irreuerentia, etiam sine profluxione sanguinis. c. proposuisti de conse. eccl. & ibi aperte docet Panormita. & glo. in. c. vnico de consecra. eccl. lib. 6. quæ tenet, quod etiam si martyr in ecclesia occidatur, debet reconciliari. Sitamen homicidium fuit casuale, vel amens siue furiosus seipsum intra ecclesiam occidat, vel ad sui defensionem aliquis occidatur, nō poluitur ecclesia, nec eam reconciliari oportet: quia vbi deest iniuria, aut irreuerentia ecclesiæ, non causatur pollutio, nec etiam si fiat homicidium super aut subtus ecclesiā, vt de effusione sanguinis modo dicebamus, nec si aliquis intra ecclesiam moriatur ex vulnere extra ecclesiam recepto. De his omnibus tractat Abb. in dicto. c. proposuisti. Et Siluester verbo cōsecratio. 2. q. 5. qui etiam tenent, quod per quancunque corporalem iniuriam in ecclesia factam citra mortem, vel effusionem sanguinis non poluitur ecclesia. **C** Tertio post effusionem seminis humanæ intra ecclesiam. c. significasti de adulte. siue illicita sit, puta per fornicationem vel adulterium aut mollitiem, siue licita cum propria vxore, dum tamen publice de ea constiterit, per confessionem partium, vel rei evidentiam. Si tamen ē est occulta, et sacerdos sciat illud in confessione, non est reconcilianda: ita tenet glo. veerbo seminis in dicto. c. vnico. Et Siluest. vbi supra. **C** Quarto censetur ecclesia polluta quando in ea sepelitur excommunicatus. c. cōsulisti de consecratio. eccl. Et idem si infidelis vel paganus sepeliatur, tunc enim si corpora eorum ab alijs secerni possunt, extra ecclesiam sunt projectanda, & ecclesia est reconcilianda. c. sacrī de sepultu. **C** Ultimo,

## **Modus reconciliandi ecclesiā pollutā.**

Si ecclesia ab Episcopo publice excommunicato vel suspenso benedicta fuit: nō debet in ea celebrari, nec quis sepeliri: ut docet Abb. & Hosie. in dicto. c. consuliisti.

**C** Aduertant sacerdotes quod pollutā ecclesiam non possunt sine licen-  
tia Episcopi reconciliare ex consuetudine huius diœcesis. Et ante reconciliati-  
onem si in ea celebrant vel aliquem in ea sepeliunt, suspenduntur  
ab ingressu ecclesiæ. c. Episcoporum de preuileg. lib. 6. Et si suspensione  
durante diuinis se ingesserint, irregulares fiunt. c. is cui de sententia exco-  
mu. lib. 6.

**C** Notandum insuper quod polluta ecclesia censetur pollutum cæmiterii  
eidem contiguum secus si remotum: & reconciliata ecclesia cæmiterium  
similiter censetur reconciliatum: quia de connexis idem est iudicium.  
Sed polluto cæmiterio etiam coniugio non polluitur ecclesia: quia  
minus dignum non attrahit ad se magis dignum. Si autem sunt plura cæ-  
miteria etiam sibi cohærentia, pariete tamen medio seiuanta, licet de uno  
ad aliud per portam intermediam habeatur accessus, polluto uno reliqua  
non censentur polluta, nec reconciliatione indigent. c. vñico de colebra-  
tione ecclesiæ. lib. 6.

**C** Ultimo aduertendum est quod si ecclesia est consecrata, per Episcopū  
est reconcilianda iuxta modum in libro pontificalium positum. c. aquam  
de consecra. eccl. Si vero fuerit benedicta per simplicem sacerdotem, sic  
ri poterit reconciliatio de licentia Episcopi. c. fin. & ibi glo. eodem titulo.  
Reconciliatur autem per sacerdotem modo sequenti.

## **Modus reconciliandi ecclesiā pollutam.**

**C** Si Ecclesia vel cemiteriū sit pollutum, sacer-  
dos superpelliceo, & stola, & cappa indutus, pce-  
dentibus cruce candelis incensis, & aqua benedi-  
cta ante ianuā ecclesie versus orientem dicat.



A nomine pa **X** tris, Et si **X** lis, Et spi-  
ritus **X** sancti. Amen. **X.** Adiutorium  
nostrum in nomine dñi. **X.** Qui fecit ce-

**Modus reconciliandi ecclesiā pollutā.** xcvi

**I**ū. **V.** Sit nomen domini benedictum. **R.** Ex hoc nūc et usq; **X.** Domine exaudi orationē meā. **R.** Et clamor meus ad te veniat. **X.** Dñs vobiscum. **R.** Et cū spiritu tuo. **Oremus Dño.**

**O**mnipotēs eterne Deus, qui sacerdotibus tuis tantam gratiam pre ceteris contulisti: ut quicquid in tuo nomine ab eis perfecte agitur, a te fieri credatur: quesumus clementiam tuam, ut quod modo visitaturi sumus, visites: et quicquid benedicturi, benedicas: sitq; ad nostrae humilitatis introitum sanctorum tuorum meritis fuga demonum, et Angelī pacis ingressus. Per Christū dñm. **R.** Amē. **Orem⁹. Dño.**

**A**fer a nobis domine quesumus, omnes iniquitates nostras, ut ad loca nomini tuo purificanda puris mētibus accedere mereamur. Per Christum. **R.** Amen. **S**tatim sacerdos intret ecclesiā, et dicat. **Aña.** Asperges me dñe. **ps.** Miserere mei deus. totus cum **Gloria patri.** **P**ropter sol xliiiij. postea dicat. **Kyrie eleison.** **O** Orieste eleison. **H**yrie eleisō. **P**ater noster. **I**nterim aspergatur aqua benedicta in ecclesia vel cemiterio polluto, et statim cum eadem aqua lauet loca contaminata dicēdo. **U**t hanc ecclesiam reconciliare digneris. **T**e rogamus audi nos.

**D**odus reconciliandi ecclesiā pollutā.

**U**t hanc ecclesiam reconciliare, et purgare digneris. Te rogamus audi nos. **U**t hanc ecclesiā reconciliare, purgare, et sanctificare digneris. Te rogamus audi nos. **P**ostea accedat ad altare maius et dicat. **X.** Sacerdotes tui induantur institūtām. **R.** Et sancti tui exultent. **X.** Domū tuam decet sanctitudo. **R.** In longitudine dierum. **X.** Domine exaudi orationem meam. **R.** Et clamor meus ad te veniat. **X.** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo. **O**remus. **D**eo.

**O**mnipotens eterne Deus, qui superbis resistis, et gratiam prestas humilibus, tribue quesumus, ut non indignationem tuam prouocemus elati, sed propitiationis tue capiamus dona subiecti. **D**ratio.

**D**eus qui dixisti domus mea domus oratio nis vocabitur: domum istam immundis spurcitijs contaminatam mundare, et sanctifica re digneris: et omnium precess et vota ad te clamatiū clemēter exaudiās, et benigne suscipias. **D**eo.

**A**udi quesumus domine supplicum precies, et confitentium tibi, parce peccatis: ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus, et pacem. Per Christum dominum nostrum.

**R.** Amen.

**V**I A initio huius operis polliciti sumus dicturos pauca de  
 pœnitentiæ sacramento. Eius plura sunt impedimenta quæ  
 prorsus sunt abiſcienda, vt tantum sacramentum vim suam  
 & effectum habeat. Ea nimurum sunt quædam ecclesiæ cen-  
 suræ, & casuum reseruationes tā Episcoporum quam sum-  
 morum pontificum. Proinde a censuris inchoantes quæ in genere qua-  
 tuor sunt, nempe excommunicatio, suspensio, interdictum, irregularitas.  
 Sciendum quod excommunicatio est censura a canone vel iudice ecclesia-  
 stico prolata, priuans a communione sacramentorū, & quandoque homi-  
 nū. Quæ quidē est triplex, maior, minor, & Dei dicitur. Primo Dei excō-  
 municatio a Deo, quia cum sit in peccato mortali, priuatur sacramētis &  
 bonis spiritualibus: qua omissa, de excommunicatione maiori quæ solet  
 definiri hoc modo, est cēsura ecclesiastica. Qua separatur quis a commu-  
 nione ecclesiæ quoad fructum & suffragia generalia, id est, a participatio-  
 ne sacramentorum conferendo, siue recipiendo per suffragia intelligen-  
 do generalia bona spiritualia, orationes quæ ab ecclesia sūt in diuinis of-  
 ficijs a sacerdotibus in persona ecclesiæ, quæ quidem bona profunt ad gra-  
 tiām Dei consequendam vel augendam. Secundo ad habēdum Dei pro-  
 tectionem & fauorem paternum. Tertio ad defensionem ab hostibus, id  
 est dæmonibus. **C**Priuat præterea a conuersatione & conuictu homi-  
 num, vt explicatur hoc versu. Os, orare, vale, cōmunio, mensa, negatur.  
 Minor excommunicatio incurrit excommunicatione cum excommu-  
 nicato maiori excommunicatione, & per hāc redditur inhabilis ad reci-  
 piendum sacramenta. Itaque licet possit conferre, nō potest accipere, nec  
 eligi ad aliquod officium ecclesiasticum. Cæterum non priuat suffragijs  
 nec conuictu fidelium. Verum quia non omnis communicans excommu-  
 nicato maiori incurrit minorem, limitatum est in concilio Constantien-  
 si sub hac forma. Insuper ad euitandum scandala & multa pericula, quæ  
 conscientijs timoratis contingere possunt Christi fidelibus tenore præsen-  
 tium misericorditer indulgemus, quod nemo deinceps a communione  
 alicuius in sacramentorum administratione, vel receptione, aut alijs qui-  
 buscumque diuinis, vel extra pretextu cuiuscumque sententiæ, aut censoriæ  
 ecclesiasticæ a iure, vel ab homine generaliter promulgatæ, teneatur absti-  
 nere, vel aliquem vitare, aut interdictum ecclesiasticum obseruare, nisi sen-  
 tentia, vel censura huiusmodi fuerit in vel contra personam collegiū, vel  
 vniuersitatem: ecclesiam, vel locum certum, vel certā terram a iudice pu-  
 blicata, vel denuntiata specialiter & expresse, constitutionibus Apostoli-  
 cis, & alijs in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, sal-  
 uo si, quem pro sacrilega manuum iniectione in clericum, sententiam la-

## De interdicto generali.

tam a canone adeo notorie constiterit in currisse, quod factum non potest aliqua tergi versatione celari, nec aliquo suffragio excusari: nam a communione licet non fuerit denuntiatus volumus abstinere iuxta canonicas sanctiones. Item ex iustis causis licet cum excommunicato loqui, hoc versus comprehensionis. Vtile, lex, humile, res ignorata, necesse. Vtile, id est, cum est utilitas excommunicati ut exeat: vel loquens ad recuperandum debitum: lex, id est, vxor lege matrimonij: humile, id est, subiecti filii & serui: item cum est sufficiens ignoratia facti, vel iuris: necesse, ut coactus aliqua necessitate corporis, aut animae, ut fame. &c.

### Suspensio.

**Q**uantum ad praesens attinet, suspensio est censura qua sententia iuris aut hominis priuatur ab executione, id est, ut non possit exercere ordinem, aut aliquod officium ecclesiasticum, ut prædicationem, & alia de quibus in glosa clementine de penis cupientes, siue sit illa perpetua, siue ad tempus de quo late siluerter in verbo suspensio, satis erit nobis mittere sapientem in viam.

### Interdictum.

**D**e interdicto cogimus paulo latius dicere, nimirum quia frequenter in ecclesijs (ob scelera nostra) infligitur. Et ne parochus ex ignorantia labatur & incidat in errores & penas canonum libuit breuiter inserere quibus possit & rem vteunque intelligere, & incommoda vitare: primum omnium aduertat quod interdictum est quædam prohibitio & separatio a iure vel ab homine inficta a certis sacramentis & diuinis officijs, & ecclesiastica sepultura: & est duplex generale, & speciale, siue particolare. Generale, quoties interdicuntur homines alicuius regni, vel prouintiæ ciuitatis castri, aut villæ vniuersaliter. Particulare vero quoties pars ciuitatis, castri, aut villæ, aut aliqua vel aliquæ personæ & homines siue ecclesia.

## De interdicto generali.

**I**n generali interdicto quædam conceduntur & fieri licite possunt: eas sunt quæ sequuntur. Primo non solum missa conuentualis, sed alia etiam si sint anniuersariorum possunt celebrari: in quibus possunt conuenire clerici diuersarum ecclesiarum & celebrare anniuersarium, seruata forma interdicti: scilicet ianuis clausis: & non pulsatis campanis excōmunicatis & interdictis exclusis secus in ecclesia interdicta: quia in ea non potest celebrari.

## De interdicto generali.

xcviiij

**E**t nota quod in festiuitatibus nativitatis domini nostri Iesu Christi. Paschæ Penthecoltes. Et in festo & octauis corporis Christi, ex priuilegio Eugenij. iiiij. Assumptionis virginis Mariæ. vt expræsse habetur in causa. Alma mater. De sententia excommunicationis lib. vij. Et tempore generali interdicti possunt diuina celebrari ianuis apertis, pulsatis campanis, & excommunicatis exclusis, & interdictis admissis. Et hoc a primis vesperis dictarum festiuitatum usque ad secundas vespertas. Ita quod non dicatur completorium. Dempto quod dictis diebus nō possunt ecclesiastica sacra menta ministrari, nisi in casu necessitatis prout inferius continetur. Et dicto tempore interdicti, potest legi in mensa, & dari benedictio, & praedicari verbum Dei, & pulsari campana ad vocandum Christi fideles, vt veniant ad praedicationem, & in fine sermonis fieri confessio generalis, & pulsari campana a Laycis pro ostensione reliquiarum, vel pro aduentu alicuius prelati, & pro expellendis tempestatibus, & potest pulsari. Ave Maria: & campana in principio noctis, & in aurora cū tribus ictibus campanæ, & potest ministrari baptismus in debita forma, dummodo non celebretur officium in ecclesia, & admitti compatres & commatres: & potest dari tali tempore eucharistia, siue communio propinquis morti, non autem sanis: etiam si sint clerici etiam presbyteri, nisi celebrent missam. Et potest portari corpus Christi ad infirmum, pulsata campana duobus, vel tribus ictibus: etiam pulsando campanellam in via cum luminaribus & alijs consuetis: & dicendo per viam canticum graduum vel septem psal. in via dumtaxat. Et potest dari corpus Christi patenter infirmo, coram Laycis, & possunt ipsum inspicere & adorare: & possunt recipi oblationes a Laycis interdictis, non tamē stare in missa, neque in diuino officio. Et possunt contrahi matrimonia & fieri sponsalia per manus sacerdotis extra ecclesiam. Etiam possunt audiri tali tempore confessiones Laycorum, nisi fuerint excommunicati: & clerici simpliciter tonsurati & soluti: qui cum vnica & virgine coniugati fuerunt, possunt stare dicto tempore in missa, & alijs diuinis officijs ex priuilegio. Alij vero clerici coniugati, non: & Layci possunt in ecclesia catare preces, rogationes, & litanias.

**S**equentia de iure tempore generalis interdicti nō possunt fieri, immo prohibentur. Primo quod eucharistia non debet tempore interdicti dari mulieribus prægnantibus, vel in partu existentibus: neque personis intratribus bellum: neque intratribus mare: neque etiam obsesis ab inimicis. Attamen si dictæ mulieres prægnantes fuerint talis dispositionis, vel qualitatis, quod in earū partu timeatur de periculo mortis: in tali casu debet dari eucharistia. Hoc dimittitur ad discretionem dictum sacramentum ministralantis. Quo tempore non debet dari aqua benedicta populo, neque

## De interdicto generali.

aspergi, neque panis benedictus, neque absolutio a maiori excommunicatione cum solennitate & cū stola in porta ecclesiae. Neque dicenda est benedictio ramorum, neque candelarum, neque calicis, neque corporalium cum solennitate: neque debet dari penitentia solēnis quæ datur prima die quadragesimæ: neq; possunt ordines conferri per Episcopos, neque sacra mētum extremæ vunctionis dari, neque clericis etiam sacerdotibus: neque clerici coniugati debent admitti ad diuina officia: cum non gaudeant nisi duobus priuilegijs. Benedictio nuptiarum non potest dari dicto tempore interdicti pertinentibus: excepto in festo & octa. corporis Christi: & festo assumptionis beatæ Mariæ. Et si aliquis obierit tempore interdicti: non debet sepeliri in cæmiterio: nisi talis defunctus priuilegium vel bullam habeat, quibus posset non obstante dicto interdicto in cæmiterio sepeliri.

¶ Quæ debent fieri tempore cessationis generaliter a diuinis circa sacramenta & celebrationem diuinorum.

¶ Cōceditur baptismus tā adultis quā paruulis: & cōfirmatio similiter.

¶ Conceditur pœnitentia omnibus tam sanis quam infirmis.

¶ Eucharistia cōceditur solummodo infirmis lumine & campanela præcedentibus sicut mos est deferri infirmis. Sed non datur sanis.

¶ Extrema vñctio non datur alicui, neque clericis, neque Laycis.

¶ Sepultura conceditur omnibus indifferenter, etiam si nullum habeant priuilegium: sed absque solennitate aliqua: quia neque pulsantur campanæ: neque dicitur officium cū portatur defunctus ad sepeliendum, sed portetur cum cruce & lumine a Laycis, & sepeliatur.

¶ Missa non celebratur nisi solum ad renouationem Eucharistia: & pro infirmis semel in hebdomada, vel ad decem, vel quindecim dies secundū necessitatē occurrētem: celebretur submissa voce vna missa ianuis clavis non pulsatis campanis, sicut tempore interdicti solet obseruari. Sed cū uno ministro dicatur non admissis alijs.

¶ Aqua benedicta diebus dominicis benedicatur similiter ianuis clausis: & panis similiter, etiam aqua ad baptizandum benedicatur, & fiat publice denunciatio festorum & precum.

¶ Possunt ire ad litanias & laudes Dei & dicere añas & responsoria & litanias Layci: & pulsare campanas: sed non dicetur missa, neque aliquid deputatum alicui ordinī.

¶ In quatuor festiuitatibus, scilicet in festo nativitatis domini: paschæ p̄ tecostes, & assumptionis virginis Mariæ prima die in qualibet festiuitate a primis vesperis usque ad secundas inclusiue: & etiam in festo corporis Christi & per totā octauam tollitur cessatio: & potest celebrari solenniter sicut prius.

**D**e forma et modo absoluendi,  
et  
a censuris ecclesiasticis.

**C**Ante omnia aduertendum, quod cuius est absoluere cuius est ligare: et ideo excommunicatum excommunicatione maiorí a iudice competente sine a iure: simplex sacerdos sine eo quod licetia seu autoritas iudicis talis intersit et petatur: non potest absoluere: de quibus in cap. nuper de senten exco. et sanc. Tho. in. iiiij. di. xvij. Et cum talis auctoritas et facultas commissa: et concessa fuerit siue a iudice, seu ex priuilegio et bulla, si cum illa tali bulla, vel priuilegio possit absoluiri ille talis excommunicatus: primo sacerdos excommunicatus genua flectere faciat: sic flexis dicat vulgo.

**F**A sentencia descomunió justa, o injusta se deve temer. Por quanto segun los derechos canonicos el mayor detrimiento que el anima puede hauer en esta vida presente, es estar descomulgado por el gran peligro en q esta puesto, que si muriesse estando descomulgado es ipso facto a iure cōdenado a las penas del infierno: y si assi muriesse enterrarloyan no en yglesia ni cemiterio, mas en vn muladar como a infiel y no Christiano. Y mas desto el descomulgado no tiene participación en los sacramē

## Forma absolutionis.

tos ni beneficios de la sancta madre yglesia, ni puede hazer testamento, ni puede ser procurador, y si lo fuere, o escrivano, no valen los actos que haze: y sancto Augustin dize que tanto poder tiene el diablo sobre el descomulgado como el labrador sobre su asnillo. ¶ **Quibus** peractis sacerdos accepta manu excommunicati, prius faciat excommunicatum iurare dicens sacerdos ipse.

**V**os jurais y prometeis de estary obedecer a los mandamientos de la madre sancta yglesia, y de todos vuestros perdidos: y no incurrir otra vez en otra tal sentencia de excommunion como en la que haueys incurrido, ni menospreciarla: **Diga, si juro.** ¶ Postea vero sacerdos iniungat ipsi excommunicato penitentiam pro illa excommunicatione, si illam incurrit pro aliqua culpa sua, vel negligencia vel contemptu quem circa illam habet. Deinde baculo, seu virga, aut corda leniter et plane dorsum, seu scapulas excommunicati percutiat: dicendo psalmum. **Missere mei vel. De profundis.** et in quolibet versu virga ut dictum est super terga percutiendo. Et in fine dicat. **Gloria patri. et c. Kyrie eleison. Christe eleison. Ky-**

## Forma absolutionis.

c

rie eleison. **P**ater noster. **X**. Et ne nos inducas in temptationem. **R**. Sed libera nos a malo. **X**. Saluum fac seruum tuum vel ancillam tuam domine. **R**. Deus meus sperantem in te. **X**. Mitte ei domine auxilium de sancto. **R**. Et de Sion tuere eum. **X**. Esto ei domine turris fortitudinis. **R**. A facie inimici. **X**. Nihil proficiat inimicus in eo. **R**. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. **X**. Domine exaudi orationem meam. **R**. Et clamor meus ad te veniat. **X**. Dominus vobiscum. **R**. Et cum spiritu tuo. **O**remus. **D**eo.

**D**uis cui proprium est misereri semper et parcere: suscipe deprecationem nostram, et hunc famulum tuum, quem sententia excommunicationis ligat et constringit, miseratione pietatis clementer absoluat. Per Christum dominum nostrum. Amen. **D**einde procedat et dicat. Auctoritate domini nostri Iesu Christi et beatorum Petri et Pauli Apostolorum in hac parte mihi commissa: et tibi concessa ego te absuelo a vinculo isto et sententia excommunicationis in quam dicas incurrisse: ex eo quia manus violentas in clericum posuisti. Et sic exprimendo in singulis causam vel effectum excommunicationis. Et restituo te sanctis sacramentis sancte matris ecclesie: et unio

## Forma absolutionis.

nī fidelium christianorum. In nomine patris,  
† et filij, † et spiritus sancti. Amen.

## Forma absolutionis a peccatis.

**M**isereatur tui omnipotens Deus, et dimittat tibi omnia peccata tua, liberet te ab omnī malo, saluet et confirmet in omni opere bono, et perducat te ad vitam eternam. Amen. indulgentiam et absolutionem et remissionem omnium peccatorum tuorum: spaciu vere penitētie, corporis penitentia et contritum, et emendationem vite ac gratiam sancti spiritus tribuat tibi omni potens et misericors Deus. Amen. Oremus.

**D**ominus noster Jesus Christus pius et misericors qui natus et passus pro te est: et qui habet plenam potestatem absoluendi et dimittendi peccata, ipse per merita sue passionis te absoluat: et ego auctoritate ipsius et sancte Romane ecclesie, et auctoritatetibi concessa, et mihi commissa te absoluo a vinculo excommunicationis si forte incurristi: et a participatione excommunicatorum et aliorum infidelium: et restituo te sanctis sacramentis sancte matris ecclesie, et unioni fidelium in nomine patris, et filii, et spiritus sancti. Et eadem auctoritate te absoluo ab omnibus peccatis tuis mortalibus, et

## Forma absolutionis.

c. f.

delictis commissis, et omissis: et a circunstatijs eorundem de quibus contritus et ore confessus mihi extitisti: et remitto penas, quas remittere possum: et concedo tibi gratias quas concedere possum. In nomine patris, et filij, et spiritu. **7c.**

**D**icissio domini nostri Iesu Christi et merita beatitudine Marie virginis et omnium sanctorum et sanctarum, et passiones sanctorum martyrum, et suffragia atque indulgentie totius universalis ecclesie, ac omnium Christianorum intercessiones, et orationes, et vigilie ac penitentie, ieiunia et eleemosyne, et omnia bona que unquam fecisti et proponis facere: et etiam mala que sustinuisti et intendis sustinere. Omnia hec bona et quecunque alia tua merita tibi consero et concedo in satisfactionem huius penitentie per me tibi iniuncte, et remissionem omnium peccatorum tuorum, et in augmentum totius divinae gratiae et salvationis, et in acquisitionem regni celestis. In nomine domini dei nostri patris, et filij, et spiritus sancti. Amen. **F**orma absolutionis plenarie virtute indulgentie, dicat penitens si potest, sin autem dicat aliud pro eo.

**A**Go peccator. **7c.** Misereatur tui. **7c.** Aucto ritate domini nostri Iesu Christi, et beato

## Forma absolutionis.

rum apostolorum Petri, et Pauli, et. **A.** sum.  
mi pontificis, et sancte romane ecclesie in hac  
parte mihi concessa. Ego te absoluo ab omnib⁹  
vinculis et sententijs excommunicationis ma-  
ioris et minoris suspensionis, et interdicti, tam  
ab homine, quam a iure, siue per statuta prouin-  
cialia siue synodalia quauis causa seu occasione  
latiis et promulgatis quomodo cunque, et qua-  
liter cunque scienter, vel ignoranter toties quo-  
ties huc usque ad diem hodiernum incurristi:  
etiam in casibus sedi apostolice reseruatis.

**S**i hoc indulgentia habuerit  
alias secundū formam bulle.

**A** restituo te sacramentis sancte matris ec-  
clesie, et unitati, et communioni fidelium.  
In nomine patris, et filii, et spiritus sancti. Amen. Et eadem autoritate, ego te ab-  
soluo ab omnibus peccatis, et delictis tuis, com-  
missis, et omissis, que contra deum et proximum  
tuum, et animam tuam commisisti: et ab omnib⁹  
ipsorum peccatorum circumstantijs speciebus  
et modis plenarie te absoluo: et plenissimam  
omnium peccatorum tuorum remissionem ti-  
bi confero: predicta auctoritate te absoluo ab  
omnibus penis purgatorijs que tibi debentur:

## Forma absolutionis.

cij

et ad quas propter delicta tua obnorius eras.  
Et restituo te illi innocentie et puritati, in qua  
eras quando fuisti baptizatus, in quantum cla-  
ues sancte matris ecclesie se extendunt, et gratu  
in oculis divine maiestatis extiterit: si ab hac  
infirmitate decesseris: sin autem eadem abso-  
lutio pro vero mortis articulo tibi reseruetur.  
In nomine patris, et filii, et spiritus sancti. Amen.

## Forma absolutionis pro suspensione.

**F**eo absoluo te a vinculo suspensionis  
quam incurristi, propter talem causam  
et restituo te executioni ordinum, et offi-  
ciorum tuorum. In nomine patris, et filii, et  
spiritus sancti. Amen.

## Forma absolutionis ab irregularitate.

**D**े irregularitate dicere superfluum pa-  
tamus, perinde atque de suspensione,  
quia raro a sacerdotib' fiunt, presertim  
cum latissime a summis quos consule: satis erit  
hic assignare et indicare formam que sic habet.  
Ego dispenso tecum in irregularitate, quam in-  
curristi, propter talem causam. **zc.** Et restituo  
te ad actus legitimos, et in gradum pristinum.  
In nomine patris, et filii, et spiritus sancti. Amen.

# De casibus reseruatis summo Pontifici.

**P**RIMO de reseruatis in bulla cœnæ domini, quorum pri-  
mus est, si est hæreticus, aut habet libros eorum, dum modo  
non sit hæreticus pure mentalis. Itē si sit aut vtatur arte Ma-  
gica.

**S**ecundus, pyratæ, coſſarios en la mar, quorum officium  
est prædare, & interficere cuiuscunque ſint nationis.

**T**ertius contra eos qui imponunt nouas tallias, id est, portafgos, aut  
augent illicite.

**Q**uartus casus, falsarij literarum apostolicarum ſive vice cancellarij pa-  
pæ ſupplicationum & ſignaturarum non poſſunt niſi a pontifice. abſol.

**Q**uintus, contra illos qui deferunt arma & quæcunque instrumenta  
bellica, quibus infideles nocent christianis, ſive ligna ſint, ſive metalla, ſi  
ue funes. &c.

**S**extus, excommunicati qui prohibent deferri alimenta ad curiam Ro-  
manam, ſive reges ſiñt, ſive priuati.

**S**eptimus contra expoliantes & deprædantes eentes ad ſedem Aposto-  
licam, vel redeuentes, aut impedientes.

**O**ctauus, in eos qui temere interficiunt, aut percutiunt Episcopos, pa-  
triarchas, ſive detinent iniustæ quoſunque modo.

**N**onus, excommunicati, ex eo quod impediunt occidendo, percutien-  
do, & expoliando eos, qui ad curiam Romanam recurront, ut ſuam proſe-  
quantur defenſionem, ſive per ſe, ſive per ſuos procuratores id faciant.

**D**ecimus, ſi quoquo modo uſurpant iurisdictionem ecclesiasticam ad-  
uocantes ad ſe cauſas & lites circa res ſpirituaſes.

**V**ndeclimus casus, non poſſunt abſoluiri niſi a ſummo pontifice, qui pe-  
regrinos gratia deuotionis eentes Romam, infenſtant, laedunt morte aut  
alio modo: ſive eant, ſive redeant.

**D**uodecimus, inuadentes ciuitatem Romanam, aut alias ciuitates, &  
terras pontifici & ſedi Apostolicæ ſubiectas, non niſi a papa abſoluuntur.

**D**ecimus tertius, quando quis rapuit & iniuſte detinet reliquias sancto-  
rum, ſive ornamenta ecclesiastica, & quæ dicata ſunt cultui diuino.

**D**ecimus quartus, præſumentes abſoluere a prædictis cenſuris, ſine au-  
toritate papæ, aut priuilegio ad id concesso.

**D**e alijs cenſuris reseruatis pontifici maximo.

**P**RIMA, an quis eſt inobediens Papæ, dicens non habere auſtoritatem  
inſtituendo decreta & leges iuxta canones & glosas approbatas.

# Casus summi Pontificis.

cūj

¶ Secunda in percutientes clericos iniçientes manus violentas in eos, non excludimus alia membra, suadente diabolo, id est, si non habet legitimā excusationem ex iure.

¶ Tertia cum clerici, vel religiosi, aut alijs in collegio seipso percutiant per iniuriam enormem, alias si leuiter ad episcopum pertinet.

¶ Quarta contra delegatum a pontifice, si intra annum non exequitur sententiam ex commissione transacto pertinet ad summum pontificem.

¶ Quinta contra falsarios in casibus non contentis in cœna domini.

¶ Sexta aduersus eos qui falsas obtainent bullas, se intra viginti dies signatos ab Episcopo sub poena excommunicationis, non rumpunt: eis transactis solus pontifex potest absoluere.

¶ Septima in clericos qui scienter & voluntarie participant cum excommunicatis a Papa, admittendo in diuinis officijs.

¶ Octaua censura fertur in incendiarios ecclesiarum & locorum piorū vt monasteriorum, &c.

¶ Nona contra sacrilegos, id est, offensores ecclesiarum, & aliorum locorum, quæ vt pia habentur, rapentes & expoliantes ea.

¶ Decima eligentes senatorem, vel gubernatorem vrbis Romæ, fauen-tes & acceptantes sine pontificis consensu.

¶ Undecima clerici soluentes tallias, aut alia tributa Laycis.

¶ Duodecima, qui prosequuntur Cardinales in rebus, aut in persona tā quam inimicos.

¶ Decima tertia contra eos qui iniurias inferunt illis, qui censuras protulerunt aduersus eos, & malis eos afficiunt quoquo modo.

¶ Decima quarta contra inquisidores qui suo officio abutuntur odio vel amore, & officiales eorum, id est, quando negligunt punire, aut imponunt alicui falsam hæresim.

¶ Decima sexta contra religiosos, qui quædam sacramenta ministrant si ne consensu parochi, videlicet eucharistiam, extremam vunctionem. &c.

¶ Decima septima non possunt absoluui præterquam a papa clerici, vel religiosi qui compellunt vouere, aut iurare, aut promittere aliquem de eli-gendo sepulturam in suis ecclesijs, aut monasterijs, aut nō retractare.

¶ Decima septima, nobiles potentes qui cogunt aliquos ad celebrandum diuina officia in locis interdictis a pontifice tantum absoluuntur.

¶ Decimus octauus casus reseruatus est, quādo in cōfessionribus dispen-satur in his quinque votis, de eundo Ierusalem, Romam, sanctum Iacobū in religione & castitate.

¶ xix. Exenterates corpora, aut coquentes, vt alio differant.

¶ xx. reseruat⁹ papæ casus, quoties pro ingressu religionis datur ac accipi-tur

## Casus summi pontificis.

- ¶ Vigesimus primus, Simoniaci propterea quod pecunijs, aut alio pre-  
tio receperint ordines, aut beneficia ecclesiastica a p̄tifice absoluēti sunt  
¶ XXXI. Ligati sunt transentes a religione mendicantium ad non mē-  
dicantes, exceptis Carthusianis ad quos licite transire possunt.  
¶ XXXII. Qui dixit eum peccare mortaliter, qui afferit virginem sine  
peccato originali conceptam, aut e contrario absolui a papa debet.  
¶ Vigesimus quartus, si delegatus negligenter alienationes rerum ecclae-  
siae & peruerse agit.  
¶ Vigesimus quintus, contra eos qui monasteria monialium sancti Frā-  
cisci, aut Dominici sine licentia ingrediūntur, aut edunt libellos dicentes hu-  
iusmodi nō esse in statu perfectionis.  
¶ Vigesima sexta cōtra eos qui in Hierusalē tendūt sine p̄tificis licētia.  
¶ Vigesima sexta, qui a papa ad concilium appellant.  
¶ Vigesima octava, excommunicantur cardinales qui reuelant secreta cō-  
fistoriū, & potissime si sede vacante contraueniunt statutis, & ordinationi  
bus factis a Iulio secundo super modo electionis.

## Casus reseruati de iure episcopis.

- ¶ Quinque casus assignantur quorum absolutio ad episcopos pertinet.  
Horum primus est cum quis leuiter percutit clericum, aut monachum.  
Si dure & enormiter diximus reseruari papæ.  
¶ Secundus, quoties episcopus imponit excommunicationem reseruans  
sibi absolutionem voce, aut statuto.  
¶ Tertius, excommunicatio papalis in articulo mortis reseruatur episcopo.  
¶ Quartus casus est contra eum qui communicat cum excommunicato  
denuntiato, & cum eo participat in crīmine propter quod lata fuit excom-  
municatio.  
¶ Quintus contra eum qui fuit absolutus in periculo mortis: & restitutus  
sanitati, aut transacto periculo statim habita commoditate non se cōfert  
ad iudicem competentem.  
¶ Silvester in verbo casus ponit sequentes, primus quoties commitit deli-  
ctum ob quod incidit clericus irregularitatem. Secundus, si est incendia-  
rius. Tertius si quis commisit peccatum propter quod esset imponenda  
pœnitentia publica.

### De casibus reseruatis episcopo ex consuetudine in genere.

H O micidiū voluntarium, aut mutilatio membrī. Secundus falsarius  
literarum etiam si non sint sedis apostolicæ. Tertius violator ec-  
clesiæ, velutcum quis in loco priuilegiato ledit aliquem in persona aut bo-  
nis. Quartus est sortilegium & diuinatio. Dixi in genere. Nam parti-

culariter & in specie vix numerari possunt, præsertim cum sint variæ consuetudines secundum diuersitatem episcopatum, nihilominus consulentes vtilitati studiosorum & parochorum, hos tanquam frequentiores ap- posuimus ex Hostien. in summa de pœni. & remis. §. 4. ver. cui confitè. Speculator latius in quarta parte circa finem de pœnitent. & remis. q. 7. ver. Priuata autem.

¶ Primus cum quis agnouit carnaliter monialem consecratam vel non consecratam: virginem vel non virginem, vel forte si mulier coiuit cum religioso, dummodo non sit in loco sacro, quia tuuc esset papalis.

¶ Secundus est in eo qui verberat patrem aut matrem scilicet ex casu: sed si ex certa sciētia absolutio spectat ad solū papam.

¶ Tertius est in eo qui deflorat virginem fraudulenter: sed si violenter, maliciose & vi, absolutio ad solum papam spectat.

¶ Quartus est in eo qui in mortem coniugis machinatur.

¶ Quintus est in eo qui abutitur chrismate, vel eucharistia, vel alia re sacra, aut facit furtum in ecclesia, & etiam in illo clero, ex cuius negligētia hoc contingit.

¶ Sextus est in eo qui baptizat proprium filium, vel eum ad baptismum vel confirmationem tenuit.

¶ Septimus est in eo qui facit votum castitatis, & post votum contrahit cum aliqua: vel aliqua cum aliquo.

¶ Octauus est in eo qui contrahit vel continet, seu religionem intrat: viuente vxore sua post carnalem copulam.

¶ Nonus est in illo maleficio, qui confitetur se credidisse hereticæ prauitati.

¶ Decimus est in simoniaco sub quounque genere simoniæ fuerit simoniacus: quo ad absolutionem, nam quo ad dispensationem, ad solum papam expectat.

¶ Undecimus est in illo qui excommunicatus est: & solenniter celebrat in ecclesia, quo ad absolutionem.

¶ Duodecimus est in illo qui per saltum est promotus.

¶ Tredecimus est in illo qui ordinatur ab alieno episcopo sine licentia proprij episcopi.

¶ Decimus quartus est in homicida, siue in verbo, siue in consensu: vel se defendendo, vel dormiendo, vel si occidat furem vim facientem, vel si homicida fuerit infantis.

¶ Decimus quintus est de committente luxuriam in ecclesia maxime consecrata.

¶ Decimus sextus est in eo qui coiuit cum Iudæa, vel Sarracena.

## Casus episcopales:

- ¶ Decimus septimus est in muliere quæ concepit ex alieno viro: & vir suus credens filium suum proprium esse, instituit eum hæredem, in aliorum præjudicium & grauamen.
- ¶ Decimus octauus est in illo, vel illa, qui, vel quæ procurat aborsum, vel sterilitatem, siue in se, siue in alia.
- ¶ Decimus nonus est in eo qui est excommunicatus a iudice: & non vult exire ab ecclesia, sed est diuinum officium impediens.
- ¶ Vicesimus est in eo qui contrahit matrimonium post sponsalia contracta cum alia, vel iuramento interposito in contractu.
- ¶ Vicesimus primus est in eo qui scienter celebrat in loco interdicto, siue in publico, siue in secreto.
- ¶ Vicesimus secundus est in eo qui est sortilegus: videlicet in illo qui invocat dæmones pro furtis, vel mulieribus, vel alijs rebus: licet aliqui extendant istum casum ad constitutos in sacris ordinibus.
- ¶ Vicesimus tertius est in illo qui scienter & publice sepelit corpus alicuius excommunicati in cimiterio.
- ¶ Vicesimus quartus est in illo qui excommunicatus est a canone in casibus: in quibus ab Episcopo potest absoluiri.
- ¶ Vicesimus quintus est in illo qui est irregularis.
- ¶ Vicesimus sextus est in eo qui contrahit matrimonium clandestine.
- ¶ Vicesimus septimus est in eo qui est criminosus publicus: vel blasphemator.
- ¶ Vicesimus octauus est si episcopus audiuit confessionem de aliquo peccato: inferior clericus non debet talem absoluere: sed debet ipsum ad episcopum mittere.
- ¶ Vicesimus nonus est de illo, vel illa, qui, vel quæ opprimit filios suos studiose, vel negligenter.
- ¶ Tricesimus est in eo qui committit sacrilegium vel incendium.
- ¶ Tricesimus primus est in illo qui committit crimen falsi, siue in literis: siue in testimonium commissum: & quod dico de literis, intellige non palpibus: quia tunc iste casus est palpis.
- ¶ Tricesimus secundus est in eo qui violat ecclesiás: & libertates & immunitates earum.
- ¶ Tricesimus tertius est in eo qui committit peccatum cōtra naturam: vt puta si vir virum cognoscit vel brutum: vel si abutitur membro mulieris ad hoc non concesso.
- ¶ Tricesimus quartus est in illo qui committit incestum: vt si cognoscat consanguineam personam.
- ¶ Tricesimus quintus est in eo qui est periurus: licet aliqui volunt illum

extendere de periurio pueri, qui est infra sacros ordines.

**T**ricesimus sextus est de illo clero qui cognouit carnaliter illam quam baptizauit, vel illam cuius confessionem audiuit.

**T**ricesimus septimus est de illo: qui excommunicatus est ab episcopo, qui non potest absolui per aliquem inferiorem clericum.

**T**ricesimus octauus est in illo qui est usurarius publicus.

**T**ricesimus nonus est in illo qui celebrat missam in altari non consecrato: vel si celebrat sine sacris vestibus: vel si celebrat non ieiunus.

Quadragesimus est in illo qui non restituit ablata vel subtracta, vel alia illicite acquisita.

**I**c secebat locus accommodatissimus tractandi de penitentia, de qua polliciti sumus pauca dicturos, sed meliori consilio adducti pretermittimus. Primo quia adeo lata, et copiosa est, ut paucis comprehendendi nequeat: dein de quod materia adeo utilis et necessaria est, ut peculiarem postulet tractatum. Tum etiam ne breuitati studentes obscuri siamus, quod neutri quam expediebat in re tanti momenti, proinde remittimus studiosos ad summistas siluestrum in verbo penitentia Laietanu et alios qui late de hoc scripsere.

## Benedictio panis in diebus dominicis. v.



Sicutorium nostrum in nomine domini.

**R.** Qui fecit celum et terram. **v.** Domine eraudi orationem meam. **R.**

Et clamor meus ad te veniat. **v.** Do

## Benedictio terminorum.

minus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo. **Oremus.**

**B**enedic domine creaturam istam panis sicut benedixisti quinque panes in deserto: ut omnes gustantes ex eo accipiant tam corporis quam anime sanitatem. Per Christum dominum nostrum. Amen. **B**enedictio dei omnipotentis patris et filij et spiritus sancti descendat et maneat super hunc panem, et super omnes ex eo comedentes. Amen.

## C Benedictio vini.

**D**omine Iesu Christe qui in Chana Galilee ex aqua vinum fecisti, qui es vitis vera: benedic hanc creaturam vini quam ad substantiam seruorum tuorum tribuisti: ut ubique ex hac creatura fons fuerit, vel a qualibet potatum: divine benedictionis opulentia repleatur, ut qui acceperint ex ea cum gratiarum actione sanctissimi centur in visceribus eorum: saluator mundi. Qui vivis. **rc.** **C** Benedictio ad omne quod volucris.

**B**enedic domine creaturam istam. **A.** ut sit remedium salutare generis humani: et presta per invocationem nominis tui, ut quicunque ex eo sumpserit, sanitatem corporis et anime tutelam percipiat. Per Christum dominum nostrum. Amen.

## C Ordo ad benedicendos terminos.

**C** Primo sacerdos bonus et electus et bonis mo

**B**enedictio terminorum. **c**vj  
ribus preditus mane celebret missam de sancta  
trinitate. **O**fficium. **B**enedicta sit sancta trini-  
tas. **D**qua peracta si cum processione cleris, vel  
populus volunt progredi ad benedicendos ter-  
minos: sacerdos cum vestimentis misse preter  
casulam cum cappa exeat, cruce eleuata cum a-  
qua benedicta ordine processionis ad locum ter-  
minorum accedant, dicendo canticum graduū  
deuotissime. **S**i vero solus sacerdos, aut cū pau-  
cis hoc fecerit: sufficit quod sacerdos superpellī  
ceo et stola indutus et aqua benedicta et cruce va-  
dat. **E**t cum peruenient fuerit ad locum, dicat  
sacerdos quod sequitur.

**A**n nomine patris, et filij, et spiritus san-  
cti. Amen. **X.** Adiutorium nostrum in  
nomine domini. **R.** Qui fecit celum et  
terram. **X.** Sit nomen domini benedictum. **R.** Ex  
hoc nunc et usque in seculum. **X.** Domine exau-  
di orationem meam. **R.** Et clamor meus ad te  
veniat. **X.** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu  
tuo. **O**remus. **O**ratio.

**O** Domine Iesu christe fili Dei vivi, qui celum  
et terram, mare, et omnia quae in eis sunt crea-  
sti: et carnem humanam in venerabilissimo vte-  
ro virginis Mariam matris tue propter nos pec-  
O ij

## Benedictio terminorum.

catores accepisti, et aquam fluminis Jordani benedixisti, in quo et baptizatus fuisti: diabolum et eius temptationem vici, crucem subire non dubitasti, mortem superasti tertia die resurgendo, primum Marie magdalene te demonstrasti, post quadraginta dies celos ascendisti, et spiritu sanctum paracletum super Apostolos tuos misisti. Tu domine rex eterne glorie benedicere et sancti  sicut digne hos terminos nostros. **Hic sacerdos extendat manum dexteram signando eos.** Ut tua benedictione protecti germinet, pullulent, floreant, frondeat, fructificet omnia in eis seminata, plantata, et sata, ad gloriam sanctissimi nominis tui, et profectum laborantium in eis: ut inde sumptis decimis, primitijs, et oblationibus pro cultu divinitatis tue: cetera ad vitam nutriendam tuorum fidelium, quorum via, veritas, et vita es, letabunde feliciter perueniant. Iube domine custodiri eos per sanctos angelos tuos ab hostibus nostris visibilibus et invisibilibus nocte et die, ne eis quicquam noceat per nomine sanctum tuum, quod est Jesus, et cui omne genu flectitur celestium, terrestrium, et inferorum, iube domine pluviam salutarem, iube serenitatem tranquillam temporibus suis: iu-

## Benedictio terminorum. cvij

be omnem congruentiam. Per te saluator mū-  
dī, qui cū patre t̄ spiritu sancto vniſ t̄ regnas  
deus. Per omnia. ¶ Ad orientem. x. Dñs vo-  
biscum. R. Et cum spiritu tuo. In initium sancti  
euangelij secundum Ioannem. En principio  
erat verbum. tc. vt supra. sol. xxiij. ¶ Postea ut  
sequitur.

**A**Ecce cru **X**cē dñi alleluia: fugite partes ad  
querere, vicit leo de tribu Iuda, radix David  
alleluia. x. Crux benedicta in qua triūphauit  
rex Angelorum, radix David alleluia. x. Per  
signū crucis d̄ inimicis nostris: libera nos deus  
noster. x. A fulgure t̄ tempestate libera nos deus  
noster. x. Etenim dominus dabit benignita-  
tem. R. Et terra nostra dabit fructū suum. x.  
Dñe exaudi orationem meam. R. Et clamor  
meus ad te veniat. x. Dñs vobiscum. R. Et cū  
spiritu tuo. **Oremus.** **Diatio.**

**A**Ecclasiā tuam quesumus domine benignus illus-  
tra: ut beati Joannis apostoli tui  
t̄ euāgeliste illuminata doctrinā: ad dona per-  
ueniat sempiterna. Per Christum dñm nostrū.  
tc. ¶ Postea sacerdos ex cerea cerci paschalis  
faciat crucem parvulam, t̄ sigat eandem cruci  
inter terminos posite et fixe, vel in aliqua arbo

**Benedictio terminorum.**

re vel planta aliqua, vel in aliquo ramorum, vel  
in stipite, ita ut non facile cadere possit, non so-  
lidam, sed planam. Et aspergat aquam bene-  
dictam benedicendo illam partem orientalem.

**C** Ad occidentem. Postea sacerdos vertat se ad  
occidentem, et aspergendo aquam benedictam,  
dicat. **A**d eum nobis omnipotens Deus pater,  
et filius, et spiritus sanctus. Amē. **Oremus. O**ro.

**D** Omne Iesu Christe fili Dei vivi, qui in  
hunc mundum venisti peccatores saluos  
facere: quique cum peccatoribus et publicanis  
manducando dixisti: nō veni vocare iustos, sed  
peccatores, et quid est misericordiam volo, et nō  
sacrificium: ex quibus sanctos Apostolos et euā  
gelistas tuos elegisti, martyres, confessores, vir-  
gines, et omnes sanctos et sanctas tuas congre-  
gasti, audi et exaudi nos peccatores miseros et fra-  
giles, et ne respicias indignitatem nostrā, respi-  
ce potius dignitatem tuam, qua dignatus es de  
indignis dignos facere, et de peccatorib⁹ iustos.  
Tu domine rex eterne glorie. **v**t supra. usque  
ad euangelium, **H**ic dicatur euangelium se-  
cundum Mattheum.

**T** in illo tempore dixit dominus Iesus di-  
scipulis suis. Sicut fulgor erit ab oriente,

## Benedictio terminorum.

cvij

z paret vsque in occidentem: ita erit aduentus filii hominis. Abicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur et aquile. Statim autem post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur, et luna non dabit lumen suum. Et stelle cadent de celo, et virtutes celorum commouebuntur. Et tunc apparebit signum filii hominis in celo, et tunc plangent se super omnes tribus terre. Et videbunt filium hominis venientem in nubibus celi cum virtute magna et maiestate. Et mittet angelos suos cum tuba et voce magna, et congregabunt electos eius a quatuor vetis celi, a summis celorum usque terminoseorum. Ab arbore autem fici discite parabolam. Cum iam ramus eius tener fuerit et folia nata, scitis quia prope est estas. Ita et vos cum videritis hec omnia, scitote quia prope est in ianuis. Amen dico vobis quia non preteribit generatio hec donec omnia fiant. Celum et terra transibunt, verba autem mea non preteribunt. Postea dicat. Ecce crucem domini. et ut supra. usque ad orationem. Et nunc dicitur sequens oratio.

Oremus.

**B**eatí Apostoli tui et Euangeliste Matthei quesumus domine precibus adiunemur: ut quod possilitas nostra non obtinet, eius no-

O iiiij

## Benedictio terminorum.

bis intercessione donetur. Per Christum dñm.  
Cetera vt supra. Ad meridiē. Statim vertat  
se sacerdos ad meridiem et aspergendo aquam  
benedictam dicat. Adesto nobis omnipotens  
pater, et filius, et spiritus sanctus. Amen.

## Oremus.

## Oratio.

**D**omine Iesu fili dei viui: qui ab impijs et  
sceleratis flagellari, spinis coronari, spu-  
tis conspui, colaphis cedi, crucique affigi volui-  
sti, quem adorat multitudo angelorum, cui thro-  
ni et dominationes subiiciuntur, que cherubim  
et seraphim: sanctus, sanctus, sanctus, dominus  
deus sabaoth clamant in excelsis. Tu autem  
rex eterne glorie. **vt supra.** **I**bi dicatur  
istud euangelium. **S**ecundum Lucam.

**T**Alio tempore dixit dominus Jesus disci-  
pulis suis. Erunt signa in sole et luna et stel-  
lis, et in terris pressura gentium: pre confusione  
sonitus maris, et fluctuum. A crescentibus homi-  
nibus pretimore et expectatione: quod superueniet  
universo orbi. Nam virtutes celorum commo-  
uebuntur, et tunc videbunt filium hominis ve-  
nientem in nube cum potestate magna et mai-  
estate. His autem fieri incipientibus respicite et le-  
tare capita vestra: quoniam appropinquare

## Benedictio campanarum.

cix

demptio vestra, et dixit illis similitudinem. Vide  
tete ficalneam et omnes arbores cum producunt  
iam ex se fructum, scitis quia prope est estas. Ita  
et vos cum videritis hec fieri, scitote, quoniam pro-  
pe est regnum dei. Amen dico vobis, quia non  
preteribit generatio hec, donec omnia fiat. Ce-  
lum et terra transibunt, verba autem mea non  
transibunt. Postea dicat. Ecce crucem. et usque  
ad orationem, et dicatur sequens oratio. Oremus.

**I**sterueniat pro nobis quesumus domine sanctus  
tuus Lucas euangelista: qui crucis mortifi-  
cationem iugiter in suo corpore pro tui nominis  
honore portauit. Per christum. Faciat crucem ceream ut  
supra. Ad aquilonem. Postea sacerdos ver-  
tatur ad aquilonem, et aspergendo aquam bene-  
dictam dicat. Adesto nobis omnipotens deus  
pater et filius, et spiritus sanctus. Amen. Oratio.

**O** domine Iesuchriste filij dei, qui es refugium  
pauperum, spes humilium, et protector in-  
te sperantium, hac plagam aquilonarem a qua  
omne malum paditur, ut testatur propheta, po-  
tenter respice, et mala que iuste meremur propi-  
tius auerte. Tu dominus rex eterne glorie. et ut  
supra. usque ad euangelium. In principio. et  
sed ibi dicatur euangelium. Secundum. Marcum.

## Benedictio terminorum.

**T**Alio tempore. Recumbentibus undecim discipulis: apparuit illis dominus Iesus: et exprobauit incredulitatem illorum, et duriciam cordis. Quia his qui viderant eum resurrexisse a mortuis, non crediderant. Et dixit eis. Euntes in mundum uniuersum, predicate euangelium omni creature. Qui crediderit et baptizatus fuerit, saluus erit. Qui vero non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint, hec sequentur. In nomine meo demonia ejicient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super egros manus imponet, et bene habebunt. Et dominus quidem Iesus postquam locutus est eis assumptus est in celum, et sedet a dextris dei. Illi autem profecti predicauerunt ubique: domino cooperante, et sermonem confirmante sequentibus signis. Postea dicat. Ecce crucem. ut supra usque ad orationem. Et dicatur hie sequens deprecatio.

**D**icitio.

**D**eus qui nobis beati Marci Evangeliste concedis natalitio perfaci: da ecclesie tue id amare quod credidit, et id predicare quod docuit. Per Christum dominum. Amen. fiat crux certa ut supra. Postea dicatur litania sequens.

## Benedictio terminorum.

ex

**R**yne eleisō. Christe eleison. Kyrie elei  
sō. Christe audi nos. Pater d celis de⁹.  
Miserere nobis. H̄il̄i redemptor m̄di deus.  
Miserere nobis. Spiritus sancte deus. Misere  
rere nobis. Sancta trinitas vnus deus. Misere  
rere nobis. Sancta María ⁊ omnes Angelí dei.  
Orate pro nobis. Sancte Petre cū omnibus  
Apostolis et Euāgelistis dei. Orate pro nobis.  
Sancte Stephane cum omnibus martyribus  
dei. Orate pro nobis. Sancte Hieronyme ⁊  
Augustine cum omnibus cōfessoribus dei. Ora  
te pro nobis. Sancta María magdalena, Bri  
gida, Agatha, Catherina, Engratia, Ursula cū  
omnib⁹ sanctis ⁊ sanctis dei. Orate pro nobis.  
Et benedictio dei pa tris, ⁊ si līj, ⁊ spirit⁹  
sancti descendat ⁊ maneat super nos, ⁊ super  
terminos nostros: ⁊ angelus dñi bonus custo  
diat nos, ⁊ eos semper. Amē. Aspergatur aqua  
benedicta.

**D**o ad benedicēdum campanas.

**P**rimo dicatur litania: postea sexpsal  
mi sequētes, scilicet. Misserere mei  
deus secūdū. Deus in nomine. Mi  
serere mei deus, miserere mei. Deus  
in adiutorium. Deus misereatur nostri. Inclī

## **E**xorcismus et Benedictio salis.

na domine. ¶ Expletis psalmis his: absolute  
dicatur.

## **E**xorcismus salis.

**A**Exorcizo te creatura salis per deū ✠ viuu: per deum ✠ verum: per deum ✠ sanctū: per deum totius creature: qui diuina voce oris sui locutus est ad discipulos suos dicens. Vos estis sal terre: et qui per beatum Apostolum suū Paulum dignatus est dicere: sit sermo vester sapientie sale conditus: ut efficiaris sal exorcizatum ad euacuandum ab his ecclesie signis inimicū: omnem virtutem putredinis eius, et omnes qui ex te supserint sint sanctificati animis atque corporibus: et ubique fueris aspersum, prestes omnibus remissionem peccatorum, sanitatem mentis, protectionem salutis. In nomine dñi nostri Iesu christi, qui venturus est iudicare viuos et mortuos et seculum per ignem. ¶ **Benedictio salis.**

## **O**remus.

## **D**ratio.

**A**Intutis tue fortitudinem deprecates dñe sancte pater omnipotē eterne Deus, qui inter omnia necessaria que per Iesum christum dñm nostrum procreari iussisti, non minimam gratiam cōferre dignatus es sali, ut ex illo possent vniuersa condiri, que hominibus ad escam per eūdem filium tuum dñm nostrū procreasti:

## Benedictio campanarum.

cxj

te supplices exoramus, vt hoc sal digneris aspi-  
cere, quatenus ex maiestatis tue virtute contra  
omnes spiritus immundos valorem possit acci-  
pere. Expellat ab his ecclesie signis, et ab omni  
loco vbi fuerit tua inuocatione aspersum, quic-  
quid potest esse pestiferum, et exhibeat plenū sa-  
lutis effectum, deterreat omnia prestigia inimí-  
ci, et omnium monstrorum genera longius faciat  
effugari, grandines omnes phantasiasque com-  
pescat, et per signum cru  cis filij tui dñi nostri  
Iesu christi tutelam fidelissimam desideranti-  
bus prestet. Per eum qui venturus est. **Exor-  
cismus aque.**

**D**iscede immude spiritus ab omnibus qui  
bus fides nostre religionis vsa est officijs sa-  
cris: vt pretendas culpam criminis, qui agno-  
scis potentiam saluatoris, non ex meriti confidē-  
tia, sed precepti. Licet ipsa potesta mysterijs dig-  
nitas sit ministri. Te igitur communionē et do-  
minum aque creature conuenio, vt conseruate  
modum sensibilitatis intelligēs subiici seruitio  
quo placare deum ntimur, non recuses, omnē  
a te demonum communionem, omne collegiū  
iniquitatis expurges: phantasmatis labem ca-  
par dominice protectionis extermines, vt gra-

## Benedictio campanarum.

tia sanctificationis adepta, tuo nostroque pari-  
ter creatori deseruiens, omnem spiritum prauo-  
rum nequitiam ab his ecclesie signis, et in quo-  
cunque loco fueris aspersa deiscias, et sancte co-  
piam benedictionis inducas. Prestate ipso do-  
mino redemptore nostro Iesu christo. Qui cu-  
patre et spiritu sancto vivit et regnat. Deus per  
omnia. ¶ **Benedictio aque absolute dicatur.**

**B**enedic domine hanc aquam benedictio-  
ne celesti, et assistat super eam virtus spiri-  
tus sancti: ut cum hoc vasculum ad invitandos  
filios ecclesie preparatum in ea fuerit tinctum:  
ybicunque sonuerit hoc tintinabulum longe re-  
cedat virtus inimicorum et umbra phantasma-  
tum, incursio turbinum, percussio fulminum, le-  
sio grandinum, tonitruum, calamitas tempesta-  
tum, omnis spiritus procellarum, ut cum clan-  
gorem illius audierint filii Christianorum, cres-  
cat in eis deuotionis augmentum: ut festinates  
ad pie matris ecclesie gremium, cantent ibi co-  
muni gratulatione in ecclesia sanctorum canti-  
cum nouum deferentes in sono preconium tu-  
be, modulatione psalterij, suavitatem organi,  
exultationem tympani, iocunditatem cymbali:  
quatenus in templo sancto glori et ue suis obse-

**Benedictio campanarum.** cxij

quijs et precibus inuitare valeant multitudine  
exercitus angelorum. **H**ic mittatur sal in aqua  
et post commixtionem salis dicitur. **V.** Domini vobis-  
cū. **R.** Et cū spiritu tuo. **Oremus.** **Oratio.**

**O**mnipotens eterne deus, qui nobis a te co-  
ditam creaturam aque viuide distinxisti,  
ut liquori simplici ad lauacrum, salsam solidita-  
tem preberes ad condimentum, quatenus et sor-  
dida possit ablui et satui imbuī, quo et noxia tol-  
lerentur, et originalis error corrigeretur ad viā  
salutis, te officiū nostri functione immitti depre-  
camur, ut hec salis et aque in nomine tuo facta  
permixtio, clementie tue dono sanctificetur ad  
purissimum hoc ecclesie signum, quodque my-  
sterialiter baptizato commodum culpe tradu-  
ci inimicum sapientie aptum errori prestes ad-  
uersum: sancti spiritus tui sanctitate reddas san-  
ctificatum, nec ullo contagio reddatur immun-  
dum, quod tua credimus fieri maiestate beatū.  
Sed ita per te plenum prebeat sanctificationis  
effectum, ut ubi cū que inuocato nomine tuo ma-  
nu fuerit emissū, vel modo quolibet assumptū:  
expulis omnibus insidijs contrarie potestatis:  
non solum diabolica machinamenta ex eodem  
loco fugata deficiant, sed etiam sanctorum an-

## Benedictio campanarum.

gelorum custodia semper mibi mansura consi-  
stat. Te prestante omnipotente deo. Qui cum fi-  
lio, et spiritu sancto vivis et regnas in secula secu-  
lorum. Amē. Postea canuntur isti psalmi. Lau-  
da anima mea dominum. Psal. Laudate dominum  
in cymbalis. Psal. Laudate Jerusalem. Psal.  
Laudate dominum de celis. Psal. Cantate domino ca-  
ticum nouum. Psal. Laudate dominum quoniam bo-  
nus. ¶ Dum canuntur lauet pontifer signum  
aqua benedicta, et sale cum oleo sancto, cruce in  
eo faciendo foris dicens.

**O**n signo te signo crucis et sancto oleo salu-  
tis, ut habeas virtutem demones effugan-  
di, et aereas tempestates procul pellendi. In  
 nomine patris et filij et spiritus sancti. Amen.  
¶ Post modum vero dicat pontifer, seu locum  
tenet hanc sequentem orationem. V. Domine vobiscum.  
R. Et cum spiritu tuo. Oremus. **D**ratio.

**O** Deus qui per beatum Moysen legiferum tu-  
bas argenteas fieri precepisti, quas dum le-  
uite tempore sacrificiis clangenter sonitu dulce-  
dinis populus monitus ad te adorandum esset  
preparatus: quorum clangore etiam hortatus ad  
bella tela prosterneret aduersantium: presta ut  
hoc vasculum tue ecclesie preparatum sanctifi-

## Benedictio campanarum.

cxiij

cetur a sanctificatore omnium spiritu sancto: ut per illius tactum et sonitum fideles inuitentur ad premium, et cum melodiam illius auribus insonuerit populorum crescat in eis deuotio fidei, procul pellantur omnes insidie inimici, fragor gradinum, procella turbinum, impetus tempestatum temperetur in festa tonitrua: ventorum flabra siant salubriter ac moderate suspesa: prostrernat aeris tempestates dextera tue virtutis, ut hoc audientes tintinabulum contremiscant et fugiant ante sancte crucis in codepictum vexillum.

Per dominum nostrum. ¶ Tunc extergat illud linteo mundo, et cantet sequentem. Antiphonam.

Vox domini super aquas de maiestatis intonuit: dominus super aquas multas. Usque in finem psalmi cum. Gloria patri. Hunc versum inuenies in psal. s. Afferre domino. ¶ Post hec astante incenso et thymiamate tangat illud episcopus chrismate foris septies, interius quater. Et dicat sequentem orationem. Oremus. Oratio.

O omnipotens semperne deus qui ante arcam federis per clangorem tubarum: muros lapideos: quibus aduersantium tibi ceterue cingebantur cadere fecisti: tu hoc tintinabulum celesti benedictione perfunde, ut ante sonitum

## Benedictio campanarum.

eius longius effugentur ignita iacula inimici,  
percussio fulminum, impetus lapidum, lesiotem  
pestatum, ut ad interrogationem propheticam  
quid est tibi mare quod fugisti, tuis montibus  
cum iordanico retro actis fluento: respondeat.  
A facie domini mota est terra, a facie dei iacob.  
Qui conuertit solidam petram in stagnum aque,  
et rupem in fontes aquarum. Non nobis ergo  
domine, non nobis: sed nomini tuo da gloriam su-  
per misericordia tua, ut cum presens vasculum,  
sicut reliqua altaris vasa sacro chrismate tangi-  
tur, oleo sancto vngitur, quicunque ad sonitum  
eius conuenerint, ab omnibus inimici tempe-  
statibus liberi semper fiduci catholice documen-  
ta sectetur. Prestante iesu christo filio tuo. Qui  
tecum vivit et regnat in unitate spiritus sancti. *zc.*

**T**unc ponantur in thuribulo ignis, et thymia-  
ma, thus, et myrrhar: et erigat signum super thu-  
ribulum, et totum illum fumum colligat et dicat.  
*Afia. et psal.* Deus in sancto via tua, quis deus  
magnus. Usque in finem psalmi cum. Gloria  
patri. **H**unc versum inuenies in psalmo. **O**ce-  
mea ad dominum clamaui. **P**ostea dicitur sequens

**O**mnipotens dominator (oso. **O**remus.  
Christe, qui secundum assumptionem car-

## Benedictio campanarum. xliij

niste dormiente in nauī , oborta est tempestas  
maris , et dum conturbari essent , te protinus ex-  
citato et imperāte dissoluisti : tu necessitatib⁹ po-  
puli tui benignus sucurre : et hoc tintinabulum  
sancti spiritus rore perfunde : ut ad sonitum il-  
lius semper fugiat inimicus , inuitetur ad fidem  
populus christianus , hostilis terreatur exercit⁹ ,  
confortetur a domino per illud populus aduo-  
catus : atque sicut per dāniticam citaram dele-  
ctatus desuper descēdat spiritus sanctus : ut Sa-  
muele crinigerum agnum gestante in holocau-  
stū tuū : imperij tui fragor aurarum turbam re-  
pulit ad insontem : ita dum huius masculi sonit⁹  
transit per nubila , ecclesie tue conuentum virtus  
seruet angelica , frugesque credentium mentes ,  
et corpora saluet protectio sempiterna . Per te sal-  
uator mundi . Qui cum patre et spiritu sancto vi-  
uis . **T. Benedictio cupri.** **V.** Adiutorium no-  
strum in nomine domini . **R.** Qui fecit celum et  
terram . **V.** Sit nōmē domini benedictum . **R.**  
Ex hoc nūc et usque in seculum . **Orem⁹.** **Dominuo.**  
**B**enedic dñe hoc metallum ignitum quod  
benedici statuimus : quesumus dñe tuam  
gratiam perfundere digneris , et tua virtute obu-  
bres , ut tua clemētia faveante quod desideramus

## Benedictio campanarum.

attīngamus ad laudē dei omni potētis et ad ho  
norē sancti vel sancte. **A.** Per Christū. **C.** Se-  
quitur benedictio artificis. Jube dñe bñdicere.

**D**ominus sit in ore tuo, et in corde tuo, et in  
opere tuo, ut ipso sic mediante, et beata dei  
genitrice Maria intercedente, dignetur conser-  
retibi gratiam, ut perfecte perficias opus tuum  
et benedicat tibi. In nomine patris et filij. **re.**

Perfecto cymbalo incēsetur myrra et thure.

**C**onsig<sup>+</sup> no te signo crucis et sancto oleo sa-  
lutis, ut habeas virtutē effugādi demones  
et procul pellēdi omnes aereas tempestates. In  
nomine patris et filij et sp̄ritus sancti. Amen.

**P**ro<sup>+</sup> Dido ad benedicendū primū et pre-  
cipiū lapidē positū in nouo edificio ecclie.

**V**ando primus lapis in fundamento no-  
uo ecclie habet imponi. Tunc episcopus  
indutus pontificalibus vestibus cum solēni pro-  
cessione, precedentibus clericis indutis albis ve-  
stibus, cruce, cereis, incenso, et aqua benedicta.  
Incipient hymnum. **Venī creator sp̄iritus.**

**C**Et hunc cantando cum omni deuotione ac-  
cedat ad locum versus parictem orientis, ubi  
lapis primarius est ponēdus. Finito vero hym-  
no, flectat episcopus genua sua, et aliquantulum

**O**rdo ad būndicēdū. s. lapidē tēpli.

cxv

oret, et surgēs aspergat locum, et lapidem prima  
rūm aqua benedicta, et incenset. Et eo incipien-  
te cātet. R. Summe trinitati simplici deo vna  
diuinitas, equalis gloria, coeterna maiestas, pa-  
tri, prolique, sanctoque flaminī. Qui totū sub-  
dit suis orbem legibus. X. Prestet nobis gratiā  
deitas beata patris ac natī, pariterq; sp̄ritus al-  
mī. totum cum. **Gloria patri.** R. **Quo dic-**  
**to dicat Episcopus.** Kyrie eleison. Christe  
eleison. Kyrie eleison. Pater noster. X. Et ne  
nos inducas in tentationem. R. Sed libera nos  
a malo. X. Benedicamus patrem et filium cum  
sancto sp̄itu. R. Laudemus et superexaltemus  
eum in secula. X. Post partum virgo inuolata  
permansisti. R. Dei genitrix intercede pro no-  
bis. X. Orate pro nobis omnes sancti dei. R.  
At digni efficiamur promissione Christi. X.  
Dñs vobiscū. R. Et cū sp̄itu tuo. **Oremus.**

**O**nipotens sempiterne deus, qui dedisti  
nobis famulis tuis in confessione vere si-  
dei eterne trinitatis gloriam agnoscere, et in po-  
tentia maiestatis adorare unitatem: quesumus  
ut eiusdem fidei firmitate ab omnibus semper  
muniamur aduersis. **Alia oratio.** O occde nos  
famulos tuos. ¶ **O**cinde dicat orationem

**Ordo ad benedicendum**

**līus sancti in cuius honore fundatur ecclesia.**  
**Statim dicat orationem omnium sanctorum,**  
**que sequitur. O remus.**

**Oratio.**

**T**ribue quesumus dñe omnes sanctos tuos  
Iugiter orare pro nobis, et eos semper cle-  
mēter digneris audire. Per dominū nostrum.

**C**Quibus dictis faciat crucē episcopus in pri-  
mario lapide, et ponat ipsum in fundamento  
quo posito dicat orationem que sequitur.

**X.** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu  
tuo. **O remus.**

**Oratio.**

**O**mnipotens sempiterne Deus qui beato  
Jacob patriarche famulo tuo eūti in A-  
sopotamiam per gratiam tuā inspirare digna-  
tus es: ut eligeret lapidem et erigeret in titulum  
ad laudem et gloriam nominis tui, benedi ✠ ce  
re et sanctificare digneris hunc primarium lapi-  
dem: quem nunc primo imponimus huic fun-  
damento ad edificandum domum orationis:  
in qua omnes qui conuenerint laudent nomen  
tuum quod est benedictū in secula, et precibus et  
meritis beate Marie semper virginis, et marty-  
ris tui, vel confessoris tui. **A.** et omnium sancto-  
rum quorum merita hic et ubique recoluntur:  
omnium delictorum suorum veniam consequā

**primum lapidem templi.**

**cxvj**

tur, et in necessitatibus suis eis propitius et misericors esse digneris, ut inherentes mandatis tuis irreprehensibiliter vivat, et laudabiliter viviendo, tibi valeant finaliter inherere. Te prestare deus noster, qui in trinitate perfecta vivis et regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amē.

**X.** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.  
**B**enedicamus domino. **R.** Deo gratias.

**B**enedictio panis in die pasche. **Dicitur**.

**B**ene **X** dicit dominus creaturem istam panis, sicut benedixisti quinque panes in deserto, ut omnes deuote gustantes ex eo tam corpori, quam anime recipiant sanitatem. Per Christum.

**B**enedictio agni paschalis in die pasche. **Oremus**.

**O** Deus uniuersae carnis qui Noe et filios eius de mundis et immundis animalibus precepisti dedisti, qui que sicut holera herbarum humano generi quadrupedia munda edere permisisti, qui agnum in Egypto Moysi, et populo tuo in vigilia pasche comedere precepisti in figura agni domini nostri Iesu Christi, cuius sanguine omnia primogenita tibi de mundo redemisti: et in nocte illa omne primogenitum in Egypto percutere precepisti, seruans populum tuum agni sanguine prenotatum: dignare deus omni

**B**enedictio ouoruī, casei, et carnis, et cādclarū.  
potes bene **+** dicere et sancti **+** sicare has ouiuī  
carnes, ut quicunque ex populis tuis fidelibus  
ex eis comedenterint, omni benedictione celesti et  
gratia saturati repleatur bonis. Per dñm nřm.  
**B**enedictio ouorum casei et carnis. **D**ratio.  
**B**enedic domine creaturam istam ouorum  
et casei, carnium, et aliorum que ad huma-  
nū vsum pertinēt: ut sit remediū salutare gene-  
ri humano, et presta per inuocationē sancti no-  
minis tui: ut quicunque ex ea sumpserint corpo-  
ris sanitatem et anime tutelam percipiānt. Per  
Christū dñm. **B**enedictio candelarū. **O**ro.  
**B**enedic domine Iesu christe hāc creaturā  
cerei, vel candelarum supplicationibus no-  
stris, et infunde ei per virtutem sancte cru- **+** cis  
bene **+** dictiōnem celestem, ut qui cā ad repellē  
das tenebras humano generi tribuistī talem, si-  
gnaculo sancte crucis tue fortitudinem et benedi-  
ctionem accipiat, ut quibuscumque locis accen-  
sa siue posita fuerit, discedat et contremiscat dia-  
bolus, et fugiat pallidus cū omnibus ministris  
suis de habitationibus illis, nec presumat am-  
plius inquietare, vel illudere seruientibus deo:  
proinde supplices quesumus te domine ut emit-  
tas angelum tuum raphaelm qui effugauit et

**Benedictio fructuū et peregrinorū.** cxvij

repulit a serra et Thobia demonem mortiferū  
eos infestantem, ut conterat illum et perdat de  
cunctis habitationibus colentium Deum: de  
basilicis, de domib⁹, de angulis, de lectulis, de  
refectorijs, de vniuersis locis in quibus cunque  
deo famulantes habitat, et requiescunt, dormiunt,  
vigilant, ambulant, et consistunt: nec valeat ille  
malignus amplius inquietare vel pauores im-  
mitere super illos, quos sancti chrismatis tui vn-  
ctione fecisti esse munitos. Benedicote cera in  
nomine dci patris omnipotentis, et si filii  
cuius vngenerati, et spiritus sancti paracleti: ut  
sis ubique diaboli effugatio, atque omnium co-  
tubernalium suorum exterminatio, adiuuante  
eadem sancta et individua trinitate: que in vni-  
tatis essentia vivit et regnat in secula seculorum.  
Amen.

**Benedictio fructuum. Oratio.**

**B**ene dic domine hos fructus novos, quos  
tu per rorem celi et inundatiam pluviarū,  
et tempora serena atque tranquilla ad maturi-  
tatem perducere dignatus es: ad percipiēdum  
nobiscum gratiarum actionem. In nomine do-  
mini nostri iesu christi. Quis tecum vivit et regnat.  
**Benedictio super sportas et baculos peregri-  
norum.** Oratio.

## Benedictio fructuū et peregrinorū.

**S**Ignaculum dei patris tris omnipotentis,  
super hos baculos et super has sportas qui  
bus homines induantur, et spiritus sanctus reg-  
net in eis qui eas portat. In nomine patris tris,  
et filii crucis, et spiritus sancti. Amen. **Sacerdos**

**S**ignaculum Iesu Christi Nazareni et (dicatur).  
dei patris tris et spiritus sancti maneat in  
eis in secula seculorum. ¶ **Quando dat ei sporta di**

**T**a nomine domini nostri Iesu Christi acci- (cat).  
cepit hanc sportam habitum peregrinationis  
tue, ut bene emendatus, et incolmis atque emul-  
datus peruenire merearis ad limina sanctorum  
apostolorum Petri et Pauli, vel beati Jacobi, et  
aliorum sanctorum quo pergere cupis, et peracto  
itinere tuo, ad nos cum gaudio reuertaris. Per  
dominum nostrum. ¶ **Qui confortat baculum dicat.**

**T**a nomine domini nostri Iesu Christi accipe hunc  
baculum, ad sustentationem itineris et la-  
boris tui in viam peregrinationis tue, ut vince-  
re valeas omnes insidias inimici, et peruenire  
merearis ad limina sanctorum apostolorum Pe-  
tri et Pauli, vel beati Jacobi, et aliorum sancto-  
rum quo pergere cupis, et peracto itineretuo ad  
nos cum gaudio reuertaris. Per dominum no-  
strum Iesum Christum. **Benedictio cilicij. Ofo.**

## Benediction noue domus.

cviij

**B**enedic domine hoc ciliciū quod famulus  
tu⁹ pro humilitatis ⁊ plenitudinis sue de-  
uetione indui appetit, vt sicut Minutarum po-  
pulo in cinere ⁊ cilicio penitenti pepercisti: ita ⁊  
hic famulus tuus humiliationis ⁊ professionis  
sue hoc indutus vestimento a te creatore suo o-  
mnium percipiat incrementa virtutum, ⁊ cun-  
ctorum indulgentiam cōsequatur delictorum.  
Per dñm. **Benediction noue domus. Oratio.**

**A**ternum atque omnipotentem deum vna  
nimiter orantes petimus pro hac domo,  
atque omnibus habitantibus in ea, vt eis ange-  
lum pacis, angelum lucis, angelū defensionis  
assignare dignetur: tutos eos defensoresque pre-  
stet, augeat eis rorem celi et pinguedinem terre:  
frumenti, vini, et olei, pacem, et sanitatem, leti-  
tiam, benignitatem ab homine vsque ad pecus:  
quod ipse prestare dignetur. **Qui.** **Oratio.**

**D**e deum patrem omnipotentem supplici-  
ter exoramus pro hac domo et pro domus  
huius habitatoribus, hanc spe, vt eam benedī **+**  
cere, et sancti **+** sicare digneris: et vt sint prō-  
ptuaria eorum plena eructantia ex hoc in illud:  
tribue eis dñe de rore celi abundantiam, et de pin-  
guedine terre vite substantiam: et desideria voti

## Benedictio noue domus.

corum ad effectum tue miserationis perducas.  
Ad introitū ergo nostrum bene ✠ dicere et sancti ✠ sicut benedī  
cere dignatus es domum Abrahe, Isaac, et Ja-  
cob: et intra parietes domus istius, angeli tue lu-  
cis inhabitet. Per Christum dñm nostrum. **X.**

Saluum fac domine seruum tuum reuerendissi-  
mum Patriarcham, vel episcopum nostrum.

**R.** Deus meus sperantem in te. **X.** Esto ci do-  
mine turris fortitudinis. **R.** A facie inimici. **X.**

Dñe exaudi orationē meā. **R.** Et clamor meus ad.

**X.** Dñs vobiscū. **R.** Et cū spiritu tuo. **Diatio.**

**O**mnipotens sempiterne deus, qui facis mi-  
rabilia magna solus: pretende super hunc  
famulum tuum Patriarcham, vel episcopū no-  
strum, et super cunctos sibi commissos spiritum  
gratiesalutaris: et ut eius visitatio salus efficia-  
tur animarum rorem perfectum tue benedictio-  
nis infunde. Per Christum dominum nostrū.  
Amen. **Aña.** Sacerdos et Pontifex. **zc.**

**P**reces sequentes contra pestem dicuntur in  
tono flexis genibus finito **P**ater noster misse  
conuentualis aut maioris. **Aña.**



**E**cordare domine testamenti tuī et dic  
angelo percutienti: cesset iam manus

tua, et non desoletur terra, et ne perdas omnem  
animam viuam. **X.** Qui regis israel intende:  
qui deducis velut ouem Joseph. **p.** Lesset iam  
manus tua. **Gloria patri.** **p.** Lesset iam manus.

**D**eus misereatur nři, et bñdicat nobis: **ps.**  
**D**illuminet vultum suum super nos, et misere-  
reatur nostri. **T**at cognoscamus in terra viam  
tuam: in omnibus gētibus salutare tuum. **O**ō-  
fiteantur tibi populi deus, confiteantur tibi po-  
puli omnes. **L**etentur et exultent gentes: quo-  
niam iudicas populos in equitate, et gentes in  
terra dirigis. **C**onfiteantur tibi populi Deus,  
confiteantur tibi populi omnes, terra dedit fru-  
ctum suum. **B**enedic nos deus, deus noster  
benedic nos deus, et metuant eum omnes si-  
nes terre. **Gloria patri.** **D**uo finito dicuntur a  
presbytero sequentes. **X.** Cum responsionibus  
a choro ut ministro. **X.** Dñe nō secundum pec-  
cata nostra facias nobis. **R.** Neque secūdū. **tc.**  
**X.** Saluū fac populum tuū domine, et benedic  
hereditati tue. **R.** Et rege eos, et extolle illos. **X.**  
A peste et morte subitanea. **R.** Libera nos dñe  
deus noster. **X.** Dñe exaudi orationem meam.  
**R.** Et clamor meus ad te veniat. **X.** Dominus  
vobiscū. **R.** Et cūspíritu tuo. **O**remus. **D**io.

## Preces contra pestem.

**D**eus qui iuste irasceris, et clementer ignoscis supplicationes populitui placatus admittete: et flagella tue indignationis que iuste meremur propitiatus auerte: ut qui non operando iustitiam correctione affligimur, tribulatione clamantes tua semper consolatione letemur. **O**ro.

**D**eus qui non morte, sed penitentiā desideras peccatorum: populū tuū quesumus ad te conuerte propitius, ut dum tibi deuotus extiterit: iracudie tue ab eo flagella amoueas. **O**ro.

**A**xaudi nos deus salutaris noster, et intercede a dente beatitudine dei genitrice semperque virginē María cum omnibus sanctis, populū tuū ab iracudie tue terroribus liberum: et misericordie tue fac largitatem securum. Per eundem christum dñm nostrum. Amē. **P**reces pro pluia postulanda. **P**ater noster. finito. Aña.

**A**xurge quare obdormis dñe: et ne repellas in finem: quare faciem tuam auertis: obliuisceris tribulationem nostram: adhesit in terra venter noster: exurge domine adiuua nos et libera nos. **X**. Deus auribus nostris audiimus, patres nostri annuntiauerūt nobis. Gloria patri. **R**epete. Exurge. **D**uo finito dicitur psalm. Deus misereatur nostri. cū Gloria pa. **X**. Rí-

gās montes de superioribus tuis. **R.** De fructu  
operum tuorum satiabitur terra. **X.** Domine nō se-  
cundū peccata nra facias nobis. **R.** Neque. **tc.**  
**X.** Ora pro nobis sancta dei genitrix. **R.** Ut di-  
gni. **tc.** **X.** Domine exaudi orationē meam. **R.** Et  
clamor. **X.** Domine vobiscum. **R.** Et cū spū. **O**rem⁹

**D**eus in quo vivimus, mouemur, et **D**io.  
sumus, pluviām nobis tribue congruentē,  
ut presentib⁹ subsidijs sufficenter adiuti, sem-  
piterna fiducialius appetamus. **D**ratio.

**A**nce de nos famulos tuos quesumus do-  
mine deus perpetua mentis et corporis sa-  
nitate gaudere: et gloriose beate Marie semper  
virginis intercessione a presenti liberari tristitia  
et eterna persuī letitia. **D**ratio.

**E**xaudi quesumus domine genitū populi  
supplicantis, ut qui de meritorum qualita-  
te diffidimus: non iudicium sed indulgentiā sen-  
tiamus. Per christum dñm nostrum. **P**reces  
pro pace postulanda: finito Pater noster. **A**men.  
**T**ua est potentia, tuum est regnum dñe, tu es  
super omnes gētes. **p.** Da pacem dñe in diebus  
nostris. **X.** Creator omnium deus, terribilis, et  
fortis, iustus et misericors. **p.** Da pacē. **tc.** Glo-  
ria patri. **p.** Da pacem. statim psal. Deus misere-

## Preces pro pace.

reatur nostri. **C**um gloria patri, *ut supra*, illico.  
**X** Fiat Pax in virtute tua. **R**. Et abundantia in  
turribus tuis. **X**. Ora pro nobis sancta dei ge-  
nitrix. **R**. Ut digni. **X**. Domine exaudi orationem  
meam. **R**. Et clamor. **X**. Dominus vobiscum.  
**R**. Et cum spiritu tuo. **Oremus.** **D**ratio.

**D**eus a quo sancta desideria, recta consilia,  
et iusta sunt opera, da seruis tuis illam quam  
mundus dare non potest pacem, ut et corda no-  
stra mandatis tuis dedita, et hostium sublata for-  
midine, tempora sint tua protectione tranquil-  
la. Per dominum nostrum Iesum christum. **D**ratio.

**D**eus qui credentes in te populos nullis si-  
nis coecuti terroribus: dignare preces et ho-  
stias dicte tibi plebis suscipere, ut Pax a tua pie-  
tate concessa, christianorum fines ab omni faciat  
hostes securos. Per dominum nostrum. **D**ratio.

**D**eus auctor pacis et amator charitatis, quem  
nosse, vivere: et cui seruire regnare est: pro-  
tege ab omnibus impugnationibus supplices  
tuos, ut qui in defensione tua confidimus, nul-  
lius hostilitatis arma timeamus. Per dominum  
nostrum. **I**n fine dicatur oratio virginis sci-  
licet. Exaudi nos deus salutaris noster. *ut su-  
pra, folio. cxx*

**P**reces contra hereses, et perturba-  
tionem, seu persequitionē ab infidelib⁹.

**F**inito Pater n⁹ a celebrāte statim dicitur psal.

**E**tatus sum in his que dicta sunt mihi. **re.**  
**V**usque in finē cum Gloria patri. **et postea.**

**K**yrie eleison. **O**hriste eleison. **K**yrie eleison.

**P**ater noster. **in silentio.** **E**t illīco. **v.** Domī  
ne saluos fac reges. **R.** Et exaudi nos in die qua  
inuocauerimus te. **v.** Saluū fac populum tuū  
dñe, et benedic hereditati tue. **R.** Et rege eos, et  
extolle illos usque in eternū. **v.** Fiat pax in vir-  
tute tua. **R.** Et abundātia in turribus tuis. **v.**  
Domīne exaudi orationem meam. **R.** Et cla-  
mor meus ad te veniat. **v.** Dominus vobiscū.  
**R.** Et cum spiritu tuo. **D**ratio.

**E**cclēsie tue quesumus domīne preces pla-  
catus admitte, vt destrictis aduersitatī-  
bus, et erroribus yniuersis, secura tibi seruiat li-  
bertate. **D**ratio.

**O**stium nostrorum quesumus domīne e-  
lide superbiam, eorumque contumaciam  
dextere tue virtute prosterne. Per Christum do-  
mīnum nostrum. Amen. **C**onsilunt etiam  
dici sequentia **Responsorīa.** **R.** Congregati  
sunt inimici nostri, et gloriantur in virtute  
sua: contere fortitudinem illorum domīne, et  
**Q**

## Receptio prelati, vel legati.

disperge illos. p. Ut cognoscant quia non est aliis qui pugnet pro nobis, nisi tu deus noster.

v. Disperge illos in virtute tua, et destrue eos protector noster domine. p. Ut cognoscat. Gloria patri. p. Ut cognoscat quia. Kyrie eleison.

Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster.  
v. supradicti dicantur.

## Diatio.

Omnipotens semperne deus in cuius manu sunt omnium potestates, et omnium iuria regnorū, respice in auxilium Christianorū: ut gentes paganorum que in sua feritate confidunt, dextera tue potentie cōterantur. Per dñm.

Cum alijs duobus orationibus supradictis.

Ad recipiendū prelatū, vel legatū.

 Nam nostra oratione ecclesia, ut ex veteribus manualibus intelligimus, in recipiendis prelatis obseruatur hic mos, et consuetudo. Ut primo in foribus ecclesie preparetur sedile et scabellum, stratum ornatum tapeto et panno serico: et processione facta et ordinata preses ecclesie indutus alba, manipulo, et stola et cappa cum diacono et subdiacono ornatis commode cum reliquijs, cruce precedenti, et acolytis, sine ceroferarijs, ut moris est capellani et portionarij, et beneficiati unusquisque pro

Ad recipiēdū prelatū vel legatū. cxxx

dignitate egrediantur ecclesiam: ita tamē quod  
yltimi in processione sint Preses et ministri,  
qui parum discedant ab ecclesia prope portam  
manentes. Cum vero prelatus obuiauerit cruci  
incipiat cātor versum. **E**cce sacerdos magnus.  
Et canentes reuertātur usque ad ianuam ecclie.  
Ibi prelatus adorat crucem, et iuraturus est  
statuta, priuilegia, exemptiones ecclesie, et bene-  
ficiatorum. Quo facto processione ordinata in-  
grediuntur omnes cātāces. **G**e deū laudamus,  
usque ad capellam maiorem: ubi prope gradū  
altaris est stratum ornatum vnsital, illīc obscu-  
latur crucem ad hoc preparatam ante gradus al-  
taris, ubi prostratus a duobus pueris dicitur  
**X.** Ora pro nobis sancta dei genitrix. **R.** Ut di-  
gni efficiamur promissionibus Christi. **E**t po-  
stea preses vel aliis sacerdos dicat has preces.  
**X.** Saluum fac seruum tuum. **R.** Deus meus  
sperantem in te. **X.** Ditte ei domine auxilium  
de sancto. **R.** Et de Sion tuere eum. **X.** Nihil  
proficiat inimic⁹ in eo. **R.** Et filius iniqutatis  
nō apponat nocere ei. **X.** Domine exaudi orationē meam. **R.** Et clamor meus ad te veniat.  
**X.** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu  
tuo. Q. 31

**Ad recipiēdū p̄elatū vel legatū.**

**B**eatę et gloriose semper Virgīnis Marię  
quesumus dñe intercessio gloria nos pro  
tegat, et ad vitā pducat eternā. Per dñm. **O**ro.

**D**eus omnium fidelium pastor et rector, fa-  
mulum tuum Pontificē nostrum. **A.** quē  
pastorem ecclesie tue preesse voluisti propitiū  
respice: da ei quesumus verbo, et exēplo quibus  
preest proficere, ut ad vitam vna cum grege sibi  
credito perueniat sempiternā. Per dñm. **O**ro.

**E**xaudi quesumus domine supplicum pre-  
ces, et consitentium tibi parce peccatis: ut  
pariter nobis indulgentiam tribuas benignus,  
et pacem. **T**o ratione finita prelatus erigit se ab  
accubitu, et sedens amplexatur beneficiatos, et  
solemniter omnes benedicit, et concedit indulge-  
tiam. Et mox cōfert se ad hospitiū suum. Si ve-  
ro fuerit legatus, idē seruetur, et predictus. **X.**  
dicatur. **S**i vero prelatus ve-  
nerit ad visitandū, premissa forma scrūata, hec  
erit oratio. **O**ratio.

**D**eus humilium visitator, qui eos paterna  
visitatione consolaris, qui in te veraciter  
confidunt pretende societati nostre gratiā tuā  
ut pro eis, in quibus habitas, tuū in nobis sen-  
tiamus aduentum. Per dominū nřm. **xc.**

**D**ordo ad recipiendum regem vel principem.

**O**mniis ordinatis ut supra in capella maiori tantum fiat stratū, et cantor incipiat sequens.  
**R.** Benedictus dominus deus vel. Tua est potentia. **F**inito respon. illo prostrato ante altare, a duobus pueris dicatur. **X.** Ora pro nobis sancta dei genitrix. **R.** Ut digni efficiamur promissionibus Christi. **E**piscopus vel preses vel alius sacerdos dicit super eum. **X.** Deus iudicium tuum regi da. **R.** Et iusticiam tuam filio regis. **X.** Domine saluum fac regem. **R.** Et exaudi nos in die qua inuocauerimus te. **X.** Domine exaudi orationem meam. **R.** Et clamor meus ad te veniat. **X.** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo. **O**remus. **O**ratio. **A**concede nos famulostuos quesumus domine supplicum preces tec. ut supra.

**T**alia oratio.

**D**eus cui omnis potestas et dignitas famulatur: da huic famulo tuo regi nostro prosperum sue dignitatē effectū, ut te semper timeat tibique iugiter placere concedas. Per dominū. **Q**uesum⁹ omnipotens deus: ut famulus tu⁹ rex noster qui tua miseratione suscepit reg-

## Receptio regine.

norū gubernacula: virtutū etiam omnīum percepīat incrementa, quībus decenter ornatus, et vītorum monstra deuitare, et hostes superare: et ad te qui vīa, veritas, et vīta es gratiosus valeat peruenire. Per dominū nostrum. **D**ratio.  
**E**xaudi quesumus domīne supplicum preces.  
vt supra.

## ¶ **D**ido ad recipiendum reginam. ¶

**C**onībus ordinatis vt supra p rege. cantor incipiat. R. sequens. Ista est speciosa. vcl. Aenī electa mea. Finito respō. ea prostrata ante altare, dicatur a duobus pueris. v. Saluam fac domīne ancillam tuā reginam nostrā. R. Deus meus sperantem in te. v. Mitte ei dñe auxiliū de sancto. R. Et ex sion tuere eam. v. Dñe exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat. v. Dñs vobiscum. R. Et cum spiritu tuo. **D**ratio. **Q**oncede nos famulos tuos quesumus domīne. tc. vt supra.

**E**xorcismus contra locustas, brucū,  
et animalia corrosiva.

**P**rimo, sacerdos bonis moribus prædictus dicat missam de septuagesiā  
ma, vel aliā pro deuotione. Deinde accipiat superpelliceum cum stola &  
cruce & aqua benedicta. Et veniens ad agrum vel vineam vbi prædicta  
animalia sunt, dicat ad orientem. **V.**



Diutorium nostrū in nomine domini. **R.** Qui fecit cœlum & terram. **V.** Sit nomen dñi benedictum. **R.** Ex hoc nunc & vsque in seculum. **V.** Benedicamus patré, & filium cū sancto spiritu. **R.** Laudemus & superexalte museum in secula. **V.** Benedictus es dñe in firmamēto cœli. **R.** Et laudabilis & gloriosus, & superexaltatus in secula. Benedicat & custodiat segetem istam, & hos fructus omnipotens & misericors dominus. Amé. **V.** Domine exaudi orationem meam. **R.** Et clamor meus ad te veniat. **V.** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo. **Oremus.**

**Oratio.**

**D**omine deus qui creasti ho-  
minem ad imaginem & si-  
militudinem tuam, clementiam  
tuam suppliciter exoramus: vt hūc  
fructum quē ad usum generis hu-  
mani nasci fecisti, tua benedictio-  
ne perpetua bene **dicas:** vt ger-  
minet super terram, floreat, fron-  
deat, & ad fructū maturitatis per-  
ueniat: quatenus de eo tibi supplici-  
ter & humiliter famuli tui acceptū  
sacrificium, gratamque oblationē  
valeant offerre in cōspectu tuo, &  
de reliquo nutriri ad laudem &  
gloriam sanctissimi nominis tui,  
non seminet super eos hostis anti-  
quus semina sua, non zizania, non  
turbet eum aliquod malum, nō ca-  
lor siccat, non tempestas cōturbet,

nec grando conterat, nec vētus exu-  
rat, non erugo, aut tinea demolia-  
tur, non locusta mordeat, neque a-  
nimale aliud quocunque inficiat:  
sed sub tua protectione eum pluia  
opportuna, salutaris, & cōgrua sa-  
riet, refrigeret ros, & vsque ad cō-  
plementum culturæ ad manus la-  
boratiū prospere & feliciter per-  
ducat. Per Christū dñm. **Oratio.**

**D**eus qui ad salutem humani  
generis maxima quæque sa-  
cramenta in aquarum substantia  
condidisti: adesto propitius inuoca-  
tionibus nostris, & elemento huic  
multimodis purificationibus præ-  
parato virtutem tue benedictionis  
infunde: vt creatura tua ista miste-  
rii tui tibi seruiens ad abiiciendos

**Q** **ijij**

## Adiuratio contra locustas.

dæmones, morbosque pellédos diuinæ gratiæ sumat effectū: ut quicquid in agris, vel vineis, vel hortis, vel segetibus fidelium tuorum hæc vnda resperserit, careat omni immūdicia, liberetur a noxijs anima libus: non illic resideat spiritus pestilens. Amen. Non aura corrumptés. Amen. Non brucus, aut tinea demoliēs. Amen. Nō locusta mordens. amen. Non ventus vrens. amen. Non grando conterens. amē. Non tempestas conturbans. amē. Non calor siccans. amen. Non zanzia lādens. amen. Discedant ab eo omnes insidia latentis inimici: & si quid est quibz incolumentati eius inuidiat, aut quieti, asperfione huius aquæ effugiat atque discedat ut salubritas per invocationem tui sancti nominis experita, ab omnibus sit impugnationibus defensa. Per Christum dominum nostrū.

**Sacerdos aqua benedicta vndique aspergendo dicat. R.**

**V**idi aquā egredientē de téplo a latere dextro alleluia. Et omnes ad quos peruenit aqua ista, salvi facti sunt. alleluia. alleluia.

alleluia. **V** Hæc dies quam fecit dominus, exultemus & letemur in ea. Gloria patri, & filio & spiritui. Signū salutis pone domine in fructibus istis, & non permittas introire angelum percutientem in eos, neque animal aliquod nocium. De cœlo domine pone signū tuū in eis. Et protege eos, & non erit in eis plaga nocens. **V**. Ostende nobis domine misericordiam tuā. **R**. Et salutare tuum da nobis. **V**. Domine exaudi orationem meā. **R**. Et clamor meus ad te veniat. **V**. Dominus vobiscum. **R**. Et cū spiritu tuo. **Oremus.** **Oratio.**

**E**xaudi nos domine sancte patet omnipotens eterne Deus, & mittere digneris sanctum angelum tuum de cœlis: qui custodiatur, foueat, protegat, visitet, & defendat omnes fructus in his agris, vel vineis existentes. Per Christum dominum nostrum. Amen. Et benedictio **\* Dei omnipotentis patris, & filij, & spiritus sancti descendat, & maneat super hos fructus, & angelus domini bonus custodiat eos semper. Amen.**

## Adiuratio aduersus tempestates.



**N** adiuratione tempestatum & nubiū, modus hic obseruan dus est. Sacrista & eo absente sacerdos at tendere debet ad tē poris dispositionem & qualitatem & si circunspexit tempus alterati & mutari, ccelumque nubibus operiri, cymbala pulsare faciat: & postea sacerdos indutus super pelli ceo & stola accedat ad sacrarium, discooperiatq; altare, acsi dicturus esset missam detegendo & explicā do corporalīa, ponatque missale in facistorio, vbi dicitur euangelium apertum in loco. **T**e igitur clementissime pater. &c. usque ad verba consecrationis, & incendat lumenaria & cereum paschale, & apertiens sacrarium in quo est sacramētū, caueat tñ ne extra hat sacramētum a custodia, alioquin esset excōmunicatus. Sacerdos iturus ad locum adiurationis, accipiat crucē paruam & reliquias si quas habet ecclesia, & commode potest eas ferre. Et quoniam non parum refert qua deuotione, quo cordis affectu ad deum accedamus ad impetrandum quod cupimus, sacerdos sum in opere studeat in primis deū propitiū habere: quod facile assequetur si suorum peccatorum & populi remissionem ex intimo corde a deo optimo, maximoque postulauerit, nam ex sacris literis discimus flagella & temporalia incommoda quandoque ad augmētum gra-

tiæ accidere, quandoque ad peccatorum emendam, ut in gratiam & dei amorem redeamus, denique ad exercitium patientiæ, deique gloriam: sed frequentissime ob secula & peccata hominum. Quapropter prudenter agere videntur qui eminentibus huiusmodi malis ad Deum patrem benignissimum, misericordissimum confugiunt fuisis precibus, orationibus, obsecrationibus humiliissimo corde, cum vehementi peccatorum detestatione postulantes dei summi auxilium, dei paræ virginis fauorē, factōrū intercessionē ab his sacerdos inchoatus est, dicatoq; eū moysē, et prophetis

**C**vr domine irascitur furor tuus contra populum tuum quem eduxisti de tenebris infidelitatis in fortitudine magna & virtute miraculorum, & proprij sanguinis effusione? quiescat ira tua & esto placabilis super nequitia populitui: domine non secūdum peccata nostra facias nobis, neque secundum iniqtates nostras retribuas nobis. O bſecro deus magne terribilis custodiēs pactum & misericordiā diligentibus & custodientibus mādata tua, peccauimus, iniqūitatem fecimus, impie egimus, recessimus & declinauimus a mandatis tuis, & iudicijs, nō obediuimus legi sanctae tuæ, iustus es domine in omnibus operibus tuis, & nō reddit iuxta iniqūitates nostras, auertatur obsecro ira tua & furor tuus a terra nostra, a fructibus populi tui, fac

# Adiurationes aduersus tempestates.

domine secundum nomen tuum,  
ne memineris peccatorum nostro  
rum, audi nos propter temet ipsum  
quia nomen tuum inuocatum est  
super nos. Exaudi me domine de  
precantem pro seruis tuis, & con  
fiteor peccata eorum quibus pecca  
uerunt tibi, & ego seruus tuus pec  
caui, & patres nostri vanitate se  
ducti sunt tu autem propitius esto  
seruis tuis, da eis cor ad præcepta,  
fac cum eis signum in bonum, vt  
cognoscant quia pius et misericors  
est, & quod pœnitentiā peccatorū  
desideras, potiusque vindictam, &  
punitionem.

¶ Statim inuocet virginem matrē  
Dei dicens hymnos.

**O** Gloriosa domina, excelsa  
supra sydera: qui te creauit  
prouide, lactasti sacro vbere.

**Q**uod Eua tristis abstulit, tu reddis  
almo germine: intrent ut astra fle  
biles, cœli fenestra facta es.

**T**u regis alti ianua, & porta lucis  
fulgida: vitam datam per virginē,  
gentes redemptæ plaudite.

**M**aria mater gratiæ, mater miseri  
cordiæ: tu nos ab hoste protege, &  
hora mortis suscipe.

**G**loria tibi domine, qui natus es  
de virginē: cum patre & sancto spi  
ritu, in sempiterna secula. Amen.

**V**. Ora pro nobis sancta dei geni  
trix. **R.** Ut digni efficiamur pro  
missionibus christi. **Oremus.**

**F**Amulorum tuorū quesumus  
dñe delictis ignosce, vt qui tibi  
placere de actibus nostris non vale

mus, genitricis filij tui domini dei  
nostrī intercessione saluemur. Qui  
tecū viuit & regnat. ¶ **Statim.**

**A** Ve maris stella, dei mater al  
ma: atq; semper virgo, fœlix  
cœli porta.

**S**umens illud Aue, Gabrieli ore:  
funda nos in pace, mutans nomen  
Eue.

**S**olue vincla reis, profer lumen cœ  
cis: mala nostra pelle, bona cuncta  
posce.

**M**onstra te esse matrem, sumat per  
te preces, qui pro nobis natus, tulit  
esse tuus.

**V**irgo singularis, inter omnes mit  
tis: nos culpis solutos, mites fac &  
castos.

**V**itam presta puram, iter para tu  
tū: vt videntes Iesum, semper colle  
temur.

**S**it laus deo patri, summo christo  
decus: spiritui sancto, tribus honor  
vnu. Amen.

**V**. Post partū virgo inuolata per  
mansisti. **R.** Deigenitrix interce  
de pro nobis. **Oremus.**

**D**eus qui de beato Marie vir  
ginis vtero verbum tuum an  
gelo nuntiante suscipere voluisti:  
præsta supplicibus tuis: vt qui vere  
eam dei genitricem credimus, eius  
apud te intercessionibus adiuue  
mur. Per eūdem Christum dñm.

**H**oc finito inuocet sanctos sicut in  
litanian vel vt paulo infra.

¶ **Statim dicat psalmum.** In te do  
mine sperauit, non confundar in  
æternum, & **psalmum.** De profun

# Adiurationes aduersus tempestates. crvij

dis. & hanc orationem. Deus fortitudo certantium, solarium afflitorum, refugium miserorum, palma martyrum, in adiutorium meū intende, domine ad adiuuandum me festina. Gloria patri.. &c. Si vult repetatter. **H**ec omnia si tempus patitur dicantur in ecclesia coram sacramento & altari deuotissime & cum fiducia : deinde abiēs ad locum in quo adiurare debet nubes dicat psalmum. Misere re mei. &c. vel. De profundis clamaui. aut platum. Ad te leuaui animam meam . Deus meus in te cōfido. &c. Et cum peruenierit ad locum adiurationis respiciens nubes magna fiducia ostendat crucem dicens. Ecce crucem domini, alleluia. Fugite partes aduersae, vis cit leo de tribu iuda, radix David. alleluia. Crux benedicta in qua triū phauit rex angelorum, radix David. alleluia. Per signum crucis de inimicis nostris libera nos deus noster. A fulgure & tempestate libera nos deus noster. Etenim dominus dabit benignitatem. Et terra nostra dabit frustum suum. Ecce crucem domini ad orientem & occidentem, meridiem & septentrionem. Adesto nobis omnipotens Deus pater, & filius, & spiritus sanctus. Christus vituit, christus vincit, christus regnat, christus imperat, christus ab omni malo & a fulgure & tempestate & malignitate temporis nos defendat. Iesu christe fili dei uiui miserere nobis.

bis. **V** Conuerte nos deus salutis noster. **R**. Et auerte iram tuam a nobis. **V**. Exurge domine adiuua nos. **R**. Et libera nos propter nomen tuum. **V**. Ostende nobis domine misericordiam tuam. **R**. Et salutare tuum da nobis. **V**. Et veniat super nos misericordia tua domine. **R**. Salutare tuum secundum eloquium tuum. **V**. Roseate cœli desuper, & nubes pluant iustum. **R**. Aperiatur terra & germinet saluatorem. **V**. Rigans montes de superioribus tuis. **R**. Defructu operum tuorum satiabitur terra. **V**. Producens fœnum iumentis. **R**. Et herbam seruiti hominum. **V**. Educas panem de terra. **R**. Et vinum letificet cor hominis. **V**. Ut fructus terræ dare & cōseruare digneris. **R**. Te rogamus audi & exaudi nos domine. **V**. Exaudi nos deus salutaris noster. **R**. Spes omnium finium terre & in mari longe. **S**ancte Deus, fortis, immortalis, pater, filius, & spiritus sanctus, trinus in personis, unus deitas. Miserere nobis. Deus pius & misericors adiuua nos, & libera nos propter gloriam nominis tui a tempestate imminentie nobis & fructibus & animantibus terræ nocteat, & mitte spiritum tuum, & renewabis faciem terre. Domine Iesu christe rex regum & dominus dominantiū, qui portas & gubernas omnia verbo virtutis tuæ, exaudi nos, & apud patrem interpell pro nobis.

## Adiuraciones aduersus tempestates.

**S**ancta Maria Dei genitrix virgo virginum, regina cœlorum. Sub tuum præsidium cōfugimus, ostē de te matrem cōtra hostes nostros. Ora pro nobis.

**S**ancti Michael, Gabriel, Raphael omnes angeli, archangeli, & spiritus cœlestes. Orate pro nobis.

**S**ancte Ioannes Baptista & omnes patriarchæ & prophetæ. Orate.

**S**ancti Petre, Paule, Andräa, Iacobæ, Ioannes, Philippe, Bartholomee, Matthæe, Simon, Thadæe, Matthias, Barnaba. Intercedite pro nobis.

**S**ancti Luca, & Marce, & omnes apostoli & euangelistæ. orate pro. **S**ancti Stephane, Line, Clete, Clemens, Xiste, Corneli, Cypriane, Laurenti & Vincenti cum omnibus martyribus, reddite nobis deū propitium.

**S**ancti Martine, Gregori, Augusti ne, Ambrosi, Hieronyme, omnes pontifices & confessores dei. orate pro nobis.

**S**anctæ Maria Magdalena, Felicitas, Perpetua, Agatha, Lucia, Cathérina, Clara, Vrsula, omnes virginis & viduæ dei. orate pro nobis.

**A**b omni malo & insidijs diaboli libera nos domine.

**A**fulgure & tempestate a peccato rum nostrorum periculis. libera nos domine.

**P**er sanctissimam incarnationem tuam, aduentum, nativitatem, baptisum, ieiunium. libera nos.

**P**er passionem tuam, resurrectio-

nem, ascensionem, & aduentum spiritus sancti paracleti. libera nos piissime deus ab hac temporis incommoditate.

**V**ul locum istū & terminos nostros, & omnium Christi fidelium misericorditer visitare & defendere digneris ut nobis famulis tuis & alijs creaturis, pluviæ, grandines, fulgura, fulmina, nullatenus nocere valeant.

**S**ancte Valeri valentissime pastor, noster dux & conseruator, valeant nobis merita tua in hac hora: succurre, audi & exaudi nos; fugiant a facie nominis tui omnes maligni spiritus inimici nostri, & sicut fluit cera a facie ignis: sic fluat a nubibus istis salutaris pluvia & congruens. **S**ancte Brauli insignis zelator veritatis christi, hereticorum debellator inuictissimus fortis & gloriosus exurge & effunde frameam, & cōclude aduersus malignos spiritus tempus conturbantes: & divide eos hinc & inde, fuga & inse quere ad inuocationem nominis tui omnem malignitatem temporis, congruam nobis pluviam, aut serenitatem tua sancta intercessione procura. **S**ancte Blasi benedictæ, benedictione tua, blandas, mites, & pacificas fac presentes nubes: benedic nos & terminos, & fructus nostros. **V**os sancti confessores dei vigilate super nos accingi mini in adiutoriū nostrum, & a censis luminaribus cœlestibus presentes tenebras a nobis expellite.

# Adiuratio aduersus tēpestates. cxvij

Barbara nos conserua Christi mi-  
tissima serua. O beata Brighda. O  
Engratia. O Ursula admirabilis.  
O vos virgines beatæ: vestra puri-  
tas & mundicia, mundet & puri-  
ficit præsentes nubes, & omnem  
maliciam temporis imminétem.  
Omnes sancti & sanctæ dei suc-  
currите nobis, subuenite vestra se-  
dula intercessione. O iesu christe  
ad sis nobis: iesus saluator mundi  
salua nos & omnes terminos no-  
stros: benedic domine nubem istā,  
sanctifica nubem istam, & conuer-  
te eam in pluuiam congruentem,  
& salutarem. Te enim deum lau-  
damus. &c. **Totū.** Oremus. O ō.

**A**domo tua quesumus domi-  
ne spirituales nequitiæ repel-  
lantur: & aerearū discedat malig-  
nitas tempestatum & fulgorum.  
Per te saluator mundi, qui cum pa-  
tre & spiritu sancto viuis & regnas  
deus. Per omnia secula seculorū.  
Amen. Ecce crucem domini. **vt fu-**  
**pra.** Per quem hæc omnia semper  
bona cre **as**, viui **ficas**, sancti  
**ficas**, bene **dicis**, & præstas  
nobis: per ipsum **est** tibi deo patri  
**est** omnipotēti in unitate spiritus san-  
cti honor & gloria in secula secu-  
lorum. Amen. Vade ergo retro Sa-  
tana, & discede a nobis & a fini-  
bus nostris: recognosce sententiā  
tuam, & da honorem deo viuo &  
vero: & da honorem Iesu christo fi-  
lio eius domino nostro, & da hono-  
rem spiritui sancto paracleto, quia

nos deus & dominus noster Iesu  
christus ad suam sanctam gratiam  
fontemque baptismatis dono suæ  
gratiæ vocare dignatus est. Et hoc  
signum cru **cis** & aspersioñis  
aquæ benedictæ: quam ego impos-  
no nobis & terminis nostris, tu ma-  
ledicte diabole nunquam audeas  
violare. Prestante domino nostro  
Iesu christo qui cum patre & spiri-  
tu sancto viuit & regnat deus. Per  
omnia secula seculorum. Amen.  
Per cru **cis** hoc signū discedat  
omne malignū. Ecce eru **cem**  
dñi. **vt sup.** Angeli, archageli, thro-  
ni, dominationes, principatus, &  
potestates, virtutes cœlorum, Mi-  
chael, Gabriel, Cherubin, & Sera-  
phin, qui non cessant clamare quo-  
tidie dicentes: dignus es domine ac  
cipere gloriam & honorem & be-  
nedictionem: ipsi succurrant nobis  
nunc, & terminis nostris custodiē-  
dis. Exaudi nos deus salutaris no-  
ster: & mittere digneris sanctū an-  
gelum tuū de cœlis, qui custodiat,  
foueat, protegat, visitet, & defēdat  
nos omnes & terminos nostros.  
Per christum dominum nostrum.  
Amen. Adiuro vos nubes, & spi-  
ritus maligni si in eis latitatis: per  
patrem & filium Iesum christum  
dominum nostrum, & spiritū san-  
ctum, & per totam dominationem  
eius: vt recedatis a nobis & a ter-  
minis nostris, nullumque ibi malū  
faciatis, sed vadatis in terram deser-  
tam & inhabitabilem, ibique ma-  
neatis expectantes diem iudicij tre-

## Adiurationes aduersus tempestates.

mendi domini nostri Iesu christi qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignem. Amen. Audi maledicē Satana, audi creatura damnata reprobata & maledicta in æternū a deo propter nequitiam tuam. Audi spiritus immunde vbiunque latitas in nubibus istis per nomen eterni dei & saluatoris nostri Iesuchristi cum tua victus inuidia tremens, gemēs que discede a nobis & a terminis nostris, nihil tibi sit commune cū seruis dei nobis iam cœlestia eogitantibus. Da igitur honorem deo patri eiusque filio domino nostro Iesu christo, & spiritui sancto paraclito, vt ab omnibus nexibus peccatorum præteriorum, imminentiumque fulgurum & tempestatū liberati, gratias deo immensas referamus: & benedicamus nomen eius sanctum in secula seculorum. Amen. Nec te latet Satana maledicē: nec te latet creatura damnata, & reprobata & maledicta in æternum propter tuam nequitiam: nec te latet spiritus immunde vbiunque habitas in nubibus istis imminere tibi pœnas: imminere tibi tormenta: imminere tibi diē supplicij semipiterni, diem qui venturus est velut clibanus ardēs: in quo tibi atque angelis tuis apostaticis preparatus semipiternusque ignis, & interitus. Proinde damnate atque dannante, da honorem deo viuo & vero, & da honorem Iesu christo filio eius, & spiritui sancto paracle-

to: in cuius nomine atque virtute præcipio tibi cum angelis tuis apostaticis, quicūque es immunde spiritus: vt exeras & recedas a nobis famulis dei & a terminis nostris: & omniū fidelium nihil ledendo, & va de in terrā in habitabile, vt ibi fiat habitatio tua vsque in diem iudicij tremendi domini nostri Iesu christi, qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignē. Amen. Tu ergo effugare diabole maledicē, creatura damnata atque reprobata, effugare spiritus immundus vbiunque habitas in nubibus istis: effugare a nobis & a terminis nostris, & nūquam de cetero huc accedas: appropinquabit breui contra te iudicium dei. Ecce crucem dñi. &c. Ipse enim tibi imperat dānate atque damnante qui pedibus supra mare ambulauit, & Petro mergenti dexterā porrexit: qui Paulum de profundo pelagi liberavit: qui ex quinque panibus & duobus piscibus satiauit quinque millia hominum: qui quadrangularū Lazarum verbo suscitauit: qui cœco nato oculos aperuit: qui dæmoniacū, surdum, & mutum, propria virtute a sua obsessione liberavit: quiq; filiam chananę a tua vexatione sanauit: qui decē leprosos a lepra mūdauit: qui te legionē in percōs mitti iussit: qui te in deserto abi re retro mandauit: qui te ad mortē crucis insidiatorem eius dum velles eum capere, cepit, conclusit, & captiuauit: quique descendens ad

## Aduirationes aduersus tēpestates cxviiij

inferos, & te cum angelis tuis apō staticis alligans: omnes patres veteris testamenti quotquot in eū spe rauerunt, te inuicto a tuo dominio usurpato, sua potentia gloriose eripuit: quiq[ue] sponte sua mundum per carnis assumptionem visitans & Mariam matrem suam virginē electā prole fœcundavit, & virginē post partū magnificauit: quiq[ue] ad sui nativitatem ad stabulum & præsepe, medium noctē cœlesti lumine illustrauit, angelos videri a pastoribus, & gloriam in excelsis & pacem in terra hominibus cantari iussit: & ad sui manifestationem orientales reges stella ducce, cū muneribus ad te adorandū cōpulit: quiq[ue] Iordanis fluentia etu suæ sanctissimæ carnis sanctificauit: & ad recreandos nouos populos baptismatis institutione, aquas fœcudauit, quiq[ue] sua prædicatione sanctissima mundum illustrauit: suaque exemplari vita sanctificauit: pauperes, parentes, & apostolos iudices & senatores mundi fecit: quiq[ue] in monte Thabor transfiguratus, veram gloriam dei suis ostendit: quiq[ue] ad passionem & mortem lœtabundus accessit, & sua morte mortē superauit, & die tercia resurrexit, quiq[ue] propria virtute cœlos ascendit: quiq[ue] ad dexteram dei sedens, venturus iudicare viuos & mortuos, & seculū per ignē expectatur, ipse tibi imperat in cuius aduentū cœci vident, claudi ambulant, mortui resurgunt, le-

prosi mundantur, & pauperes euā gelizantur: ipse tibi imperat, cuius imperio oēs ceremoniæ, obseruantiæque legis Moysaicæ ad sui illustissimi euāgelij cultum, & ritum commutata est, cuiusque mandato omnia sacrificia ad sui corporis & sanguinis diuinissimum sacramentum sieut umbram ad corpus cessare fecit: ipse tibi imperat, cuius imperio mūdus renouatus, & homo redemptus plenitudinem legis ad unius fidei, spei, & charitatis perfectionē transire fecit: ipse tibi imperat, qui solet imperare: ipse tibi imperat, qui debet imperare: ipse tibi imperat qui imperatoribus imperat: ipse tibi imperat, qui omnibus qui in cœlis, & in terris, & in inferis sunt, imperat: qui est solus imperator, cuius imperij nō est finis: ipse tibi imperat, qui omnia simul ex nihilo creauit: ipse tibi imperat, creator & redemptor, gubernator, & protector: ipse tibi imperat, qui de sacrario suo mihi imperauit, ut venirem ad imperandum tibi. Vere ergo eius imperium maledicte Satana, verere, effugare, damnante atque damnande, effugare: & iā vade & recede hinc a nobis & a terminis nostris illæsis, & quiesceā modo peruerse agere nobiscum, de sine nubes claras, pacificas, & tranquillas ab omni inquietudine tua, ut & nobis demittant suauē, salutarem, placidam, & congruentē pluviam nostris terminis opportunā. Qui in trinitate perfecta viuis & re-

## Adiuratio aduersus tempestates.

gnas vnuſ deuſ. Paſter, & ſiſtius, & ſpiritus ſanctuſ. Amē.  
Si nondum finitur tempeſta, potes addere psal. Quicūque vult ſaluuſ. &c. Credo in deuム. Cum ſigno crucis at pergendo aquam benedictā in omnib⁹ pſalmis. Exurgat deo &c. Mifericordias dñi &c.  
Et potes reiterare adiurationem ſupradictam, toties quoties fuerit neceſſarium. Finita & pacata tempeſta, redeat ſacerdos

ad ſacrarium apertū cum. Te dē laudamus. Quo finito dicat.

**A** Gimis tibi gratias omnipo-tens deuſ pro vniuerſis bene-ficijs tuis: qui viuſ & regnas in ſe-cula ſeculorū. Ne derelinquas nos domine deuſ noſter: ne diſcēſſeris a nobis. In nomine patris, & filij, & ſpirituſ ſancti. Amen.

**P** Et claudat ſacrariū: & pro ani-mabus purgatorij dicat vnum reſponſum cum collectis conſuetiſ.

## Exhortatio ad ſacerdotes volen-tes expellere demones.

**D** VO inter alia ex ſacriſ literiſ habe-mus exempla, qui-bus doce-mur nō temere, non leui-ter accedēdū eſſe ad dæmones adiurandoſ, pri-mum in Actis apostoloruſ cap. 19. in fi-liis cuiuſdam principis synagogae, qui adiuranteſ & exorcizanteſ per nomen Iefu, quem Pauluſ prædi-cabat, dæmon obſide-n hominem reſpoṇdit. Iefu mōu, Pauluſ ſcio ſed vos qui eſtiſ? Et i[n]ſiliens in eos homo qui dæmoniuſ habebat pelli-muſ, & dominatus amboſu[m], in ualuit contra eos, ita ut nudati fu-gerent. Hoc facto indicatur ſacer-doribus & terror incutitur ne cu-tioſitate, aut lucri gratia, & ſine fi-de viua accedant ad expellendo[m] dæmones, ne forſitan idem audiāt

& patiantur. Alterū non mi-nuſ vtile Matthæi. 17. vbi cum diſcipu-li quærerenteſ cur ipſi non potuerūt dæmoniacum ſanare, licet atten-ta uerint. Reſponſum eſt illiſ: genuſ hoc dæmonioru[m] non niſi in ieiu-nio & oratione eiſcitur, innuens neceſſariam eſſe plerunque oratio-nē, ieiuniū, & alia opera pia, ne-pe eleemosynas, & ſacrificia. Quare Gentiliu[m] eſt, non Christianoru[m], ſine fide & magna confidentia in Deum adiurare. Nam cū deuſ po-tius delectetur mentis deuotione, & cordis affectu, quam multitudi-ne verboru[m], periculo non caret, inermem accedere ſine fide, ſine gratia, ſine peccatoru[m] remiſſio-ne, ſine deo propitio. Haec dixerim contra quoſdam qui ita imprudē-ter attenant ac ſi eſſet res nihili & parui momenti. Haec proinde fore

## Ad expellendos demones.

tassis est causa, q̄ non semper, imo rare feliciter succedit. ¶ Aduer-  
tāt præterea huiusmodi exorcistæ, horum dæmoniacorum duplex es-  
se genus, quidam videntur & reue-  
ra non sunt vexati a dæmone, sed  
graui quadam & naturali melan-  
cholia, aut casu quodam fiunt stu-  
pefacti, cogitabundi, tristes, suspira-  
tes, flentes, taciti, perterriti timore,  
obscura amantes, & solitudinem  
perplexi, nesciētes quid petant, aut  
quid velint: hi exorcismis non indi-  
gent, sed curatis, inquirens causas  
nimirum grauia peccata: an iura-  
uerit falso, si blasphemavit, si occi-  
dit frāude, aut aliquid simile. Tūc  
faciat eum confiteri, & eucharistiā  
sumere. Deinde exhortetur eū ad  
Christi passionem meditandam,  
ad orationē, & obsecrationē, & ec-  
clesiæ orationes. **Pater noster. Cre-**  
**do: &c** Item ne solus commoretur  
sed cum amicis ludos quosdam ho-  
nestos exercens, sequatur venatio-  
nem, & alia oblectamenta, iuxta

medicorum cōsilium. Præter hæc  
offerat deo sacrificia & alia opera  
que dei amicitiam mercantur.  
¶ Alij sunt vere dæmoniaci, & ob-  
sessi a dæmonibus, quos vexat per-  
missu diuino, nunc ob peccata pa-  
rentum, nunc propter propria: alijs  
quando pro gloria dei, vt manife-  
stetur in illis virtus dei, qui etiam  
dæmonibus imperat, & omnia re-  
media tam corporis, quam animæ  
in sua sunt sita voluntate & poten-  
tia. Quapropter merito admonen-  
tur qui rē hanc facturi sunt, vt præ  
via confessione, & dicta missa spiri-  
tus sancti, induit saltē superpellio-  
ceo, & stola: præparata aqua bene-  
dicta, & assumpta imagine crucifi-  
xi accedat ad dæmoniacum cum  
magna fiducia. Et facta confessio-  
ne generali coram dæmoniaco &  
circumstantibus, recitet litaniā fol. 8.  
Quæ omnia fiāt in ecclesia coram  
altari & sacramēto, & aspergat dæ-  
moniacum & locum aqua benedi-  
cta dicens.

## Incipit adiuratio ad expellen- dos demones.



Idi aquam egre-  
dientem de tem-  
plo a latere christi  
& omnes ad quos  
peruenitaqua ista  
saluifacti sunt. Mi-  
sericordias domini in æternum cā-  
tabo. Christus vi ✠ uit, christus  
vin ✠ cit, christus re ✠ gnat, chri-

stus impe ✠ rat, christus ab omni  
malo nos defendat. Per signum  
cru ✠ cis, de inimicis nostris, libe-  
ra nos deus noster. Crucem sanctā  
subiit qui infernum confregit, ac-  
cinctus est potentia, resurrexit die  
tertia. ¶ **Hic sacerdos dicat euā-  
geliū.** In principio erat. fol. xxij. su-  
p caput dæmoniaci eo finito dicat.

R.

## Aderpellendos demones.

**O** Maledicte, damnate, aique  
damnande: si peccata istius  
hominis meruerunt hanc pœnā,  
tu tamen non excusaris qui periisti  
facultatem ex inuidia & malicia,  
in odium gratiæ & misericordiæ  
dei & saluatoris Iesu Christi do-  
mini nostri, qui neminem vult pe-  
rire, sed vult omnes homines sal-  
uos fieri, & cui proprium est mis-  
seri semper & parcere, & qui om-  
nipotentiam suam maxime mis-  
rando manifestat, & cuius misera-  
tiones super omnia opera eius, qui  
benignus & misericors est patiens  
& multæ misericordiæ, præstabilis  
super malicijs hominum, qui mis-  
ericordiam vult magis quam sacri-  
ficium, qui peccatores venit saluos  
facere, & pro peccatoribus digna-  
tus est adhibere suam præsentiam,  
incarnari, & nasci, & cum peccato-  
ribus & publicanis commorari, ba-  
ptizari, flagellari, spinis coronari,  
colaphis cædi, sputis conspuri, cruci-  
figi, lancea perforari, felle & aceto  
potari, mori & sepeliri: sed tu ma-  
ledicte qui odio habes statum chri-  
stianitatis, statum gratiæ, & statu-  
pœnitentiæ, cum non possis penite-  
re: a temetipso inique & maliciose  
acepisti audaciam, & temeritatem  
intrandi, licet permiserit altissimus  
non tamen tibi licetiam dedit, &  
tu metiris sicut pater mendacijs, ta-  
quā hostis & inimicus generis hu-  
mani: non dormis, semper circuis  
hinc & inde querēs quē deuores.  
Sed tu nūc dabis mihi penas ob in-

iuriam quam intulisti toti christia-  
nitati in hoc homine, violando sig-  
num crucis, & vexando eum. Nec  
te latet quomodo christus iesus do-  
minus noster dedit nobis potestatē  
super omnia dæmonia, ut curare-  
mus omnem languorem in homi-  
nibus. Memento qualiter Michael  
archāgelus, & omnes angelī te præ-  
cipitem de cœlo proiecerunt in ge-  
hennam ignis propter tuam supē-  
biā, & satellites tuos. Memento  
sancti Bartholomai apostoli, qua-  
liter te & tuos cum omni idolatria  
postrauit. Memento sancte Iulia-  
næ virginis qualiter te in carcere  
grauiter cum cathenis flagellavit,  
& per latrinam immundissimam  
te fugavit. Memento Thomæ apo-  
stoli in india, et multerū aliorū qui  
quotidie te superant & expellunt,  
& gehennalibus flammis te eōdē-  
nant. Maledicte ergo Satana reco-  
gnosce sententiam tuam, & da ho-  
norem deo patri omnipotenti vi-  
uo & vero, & da honorē iesu chri-  
sto filio eius vnigenito, & da hono-  
rem spiritui sancto paracleto, & da  
honorem sanctissimæ trinitati in  
unitate, & unitati in trinitate, &  
recede ab hoc plasmate dei, & effu-  
gare omnino ab eo in desertum lo-  
cū in quo nemini noceas, quia istū  
elegit sibi dominus in hereditatem  
suam, & vocauit per gratiam bap-  
tismatis ad regnum suum eternū.  
Et hoc signum sanctæ cru-  cis,  
quod nos iterum frōti eius damus,  
tu maledicte diabole nunquam au-

# Ad expellendos demones.

xxx

deas violare. Per eum qui vēturus  
est iudicare viuos & mortuos & se  
culum per ignem. Amen.

¶ Statim dicat sacerdos magna in  
deum fiducia. In nomine iesu chri-  
sti domini nostri exi ab eo, vel ab  
ea. ¶ Potea dicat exorcismos &  
cathecismos, ut supra in baptismo  
paruulorum folio. 22 Incipiendo.  
Accipe signū ✠ signando in fron-  
te usque ad Iesum. exclusus. Si ve-  
ro dæmoniacus omnino raccat sa-  
cerdos audacter apponat ambos sa-  
cros pollices manuum suarū in os  
dæmoniaci, & indices ad nares, &  
medios ad oculos, & medicos ad  
tempora capitis, & auriculares ad  
aures: qua ceremonia significatur  
quod per dona spiritus sancti signi-  
ficata per digitos, sit expulsio, & no-  
nō nostris meritis. Et insufflet in faciē  
eius anhelitu viriliter dicendo Ef-  
feta quod est adaperire. Et dicat ter-

Dominus noster Iesus chris-  
tus qui in dígito Dei cœcit  
dæmonium, surdum, mutum, ipse  
tibi imperat maledicte Satana, vt  
exeas tu & socij tui exeant ab ista  
creatura dei, & loquatur clare &  
distincte laudes eius, & gratiarum  
actiones. Effeta. Effeta. Effeta.

¶ Quod si non loquatur, iterum  
atque iterum & saepenumero istud  
sic fiat cum digitis, vt dictū est, do,  
nec loquatur, quod si loquatur fiat  
gratiarum actiones deo vt in fine  
ponuntur. Et postea liberatus a dæ-  
mone dicat Effeta, pluries. dicat.  
Credo in deū. Togū. Pater noster

Aue Maria. Totum. ¶ Et nomi-  
nado Iesum dicat sacerdos. Ipse Ie-  
sus verus deus, & verus homo, cu-  
ius nomine loqueris, præcipit tibi  
vt ex eas a creatura sua. Exi foras:  
effugare. Recede & dimitte nos in  
pace. ¶ Aspergendo cum aqua be-  
nedicta semper: quod si exierit, fiat  
gratiarū actiones vt infra dicetur.  
& quamprimum exierit, confitea-  
tur infirmus omnia peccata sua,  
quia magnum est remedium con-  
tra diabolū. Si vero neque adhuc  
vult exire, tunc sacerdos recedat a  
dæmoniaco per spatium aliquod:  
& ostendat crucifixum dæmonia-  
co, dicendo ei.

Maledicte Satana tua fune  
hæc opera, tu procuraſti paſ-  
ſionem, crucifixionem redempto-  
ris & ſaluatoris domini nostri iesu  
christi, respice & vide maliciam &  
inuidiam tuam. Tu falſos teſtes  
adhibuisti. Tu phariseos & ſcri-  
bas malignaſti. Tu blaſphemias,  
contumelias, & opprobria omnia  
procuraſti. Tu morte ignominio-  
ſam ſine pietate fecisti. Tu in cogi-  
tationibus tuis defecisti. Tu fame-  
ſentem in desertorientaliſti. Tu morie-  
ſte capere in opere tuo & tyranide  
coſtituisti, ſed defecisti, quia captus  
es ab eo quem capere ſperaſti, et cu-  
eo deſcedisti ad tartara, & ibi cu ſa-  
tellibus tuis te coclusit, ligauit, cal-  
cauit, & proſtrauit, & a dominio  
hominum separauit. Recognosce  
ergo nunc ſententiam tuam, & da  
honorem cruciſixo, & veni ad ad-

R ij

## A expellendos dæmones.

randum eum : ipse enim hoc tibi nunc imperat, qui te tunc sic conclusit. **Q**uod si venias dæmoniacus, sacerdos faciat cum genua flectere, & faciat adorare pedes crucifixi, & postea apponat crucifixum inter brachia dæmoniaci, & liget eum stricte dicens.

**I**am nunc exi ab eo maledicte, & verere præsentiam saluatoris mundi, & vade in desertum locum in quo nemini noceas, & dismette nos in pace. **A**spergendo eum aqua benedicta: quod si exierit hæc gratiarū actiones, ut infra dicetur. Si vero adhuc cōtumax in perfidia sua, noluerit exire, neque venire ad adorandum crucifixum, ut dictum est, tunc sacerdos compellar adorare imaginem crucifixi, velit, nolit: & ponat crucifixum inter brachia dæmoniaci & accipiat stolā, & ponat in collo dæmoniaci in modum crucis, alligatam crucifixo, & ad brachia dæmoniaci, & dicat.

**M**aledicte satana proditor & obstinotorum perfidia non vis exire hinc? Nolo vt exeras: imo per istam ligaturam quam ego feci tibi crucifixo & stola sancta benedicta precipio tibi vt sis ligatus vt non audeas exire hinc sine lenientia mea: & ille quem tu præcurasti ligari ad columnam, vt flagellaretur a iudæis, ille tibi mādat & ego tanquam minister eius quā tuncunque indignus, tibi mando vt non exeras, sed expectes flagella & onus tuam & torturam tuam.

Veni veni nobiscum beata Quietaria, & tu teneas istum ligatum. Ve ni gloriosa Iuliana: flagella eum, sicut flagellasti iterum cum catenis in carcere tui sancti martirij. **T**unc sacerdos accipiat cingulū sacerdotalē, & in bracchijs dæmoniaci, & costis & scapulis flagelleret, lenius non torquendo infirmum, sed ad iniuriam dæmonis dicendo ei.

**A**ccipe, accipe in nomine domini nři Iesu christi pro suis flagellis quæ ei procurasti, ista flagella numera & sustine, recipe, & accipe. **C**Et non cesset flagellare etiam si dæmoniacus clamet dicens se velle exire, dicat ei sacerdos. Vade & exi maledicte Satana, & da nobis signum, vel tange tale cymbalū, vt sciamus tuum exitum & vt vere recedas, & ne nos decipiás verbo, & loquela tua mendaci, aut signo a te petito, aut a te oblató. Adiuro te in nomine trinitatis, patris, filij, & spūs sancti, per Iesū christum verum hominem, verū deum, iudicem viuorum, & mortuorum, cōditorem cœli & terræ, vt nullatenus mentiaris, sed exi ab hoc famulo dei, & præbe nobis signum verum: non fallas vt soles. Proinde ego te adiuro immundissime spiritus, siue unus sis, siue plures, & præcipio tibi quanquam indignus, sed nomine & virtutedei, per merita gloriose passionis, resurrectionis, ascensionis dñi nostri Iesu christi, per missionem spiritus sancti vt dicas mihi nomen tuum diē

## Ad expellendos demones.

& horam exitus tui signo certo & vero extinctione luminis, aut campanæ per merita gloriose virginis matris dei, sancti Ioannis euangelistæ, sancti Zenonis, sancti Ambrosij, sancti Geminiani, sancti Antonij heremitæ, & omnium sanctorum & sanctarum dei, exorcizo te immundespitus per eum qui a cœlo te deiecit in tartara & ex multis corporibus expulit te & relegauit, qui cæco nato aperuit oculos, & quattriduanum Lazarum suscitauit a monumento.

Oratio.

**D**omine Iesu christe fili Dei viui, qui dedisti in te credentibus potestatem dæmonia cibendi & morbos sanandi digneris per ministerium meum omne genus dæmoniorum expelli propter gloriam nominis tui. ¶ Si his verbis noluerit exire, recurrentū ad alias orationes, & præcipue ad sacrificia & missas, secundum dévotionem suam, aut amicorum, aut si mauis dic missam de Natiuitate domini, in qua legitur illud euangeliū, In principio erat verbum & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, hoc erat in prin. &c. **A**lia de Epiphania dñi. **T**ertia de Ascensione dñi. **Q**uarta de Annunciatione virginis. & si placet progressi ad alia, dicantur quinque de Cruce in memoriam quinque plagarum. Perseuerantia opus est, & fide viua, & tunc sine dubio fœlix erit euentus: præfertim cū nobis pollicitus est dñs iesus peculiariter.

**M**at. 16. Et ego dico tibi quia tu es Petrus, & super hanc petrā quā confessus es, quia ego sum christus filius dei viui, ædificabo ecclesiam meā, & portæ inferi non præualebit aduersus eam, & tibi dabo claves regni cœlorū. **I**n initentes ergo auctoritatē & maiestati ecclesiæ militantis: & virtuti clavium habemus potestatem super omnia dæmonia, ut soluamus & quoties expedierit ligemus.

**C**Sequuntur gratiarū actiones. Liberato homine a demonio, ducateū sacerdos ante sacramētū corporis chri in ecclesia, et oēs genib⁹ flexis cāpanis pulsatis & luminari bus accēsis dicāt. **T**e deū lauda. totū. Et in fine dicat sacerdos ¶. Saluū fac seruū. **R**. Deus meus. ¶. Mitte ei dñe. **R**. Et de sion. ¶. Nihil proficiat inimicus in eo. **R**. Et filius. ¶. Dñe non secundū pecata. **R**. Neque secundū. ¶. Ostēde nobis. **R**. Et salu. ¶. Dñe exaudi. ¶. Dñs vobiscū. Oremus **O**ratio.

**A** Gimus tibi gratias dñe iesu christe fili dei viui, de tua gratia cōsolationis humiliter deprecātes, protege nos & plebē tuam per vexillū & virtutem sanctæ crucis, & per precium sanctū sanguinis tui, per quē nos redimisti, ab insidijs inimicorum nostrorū omnīū & defende nos contra saeva iacula eorū die ac nocte, adiuua nos deus salutaris noster, & cuncta nocētia a nobis procul expelle, & quæ adiubant benignus impende, atq; ad

R. iii

## Benedictio herbarum.

protegendum nos, dexteram tuam  
tuæ maiestatis extende, ut tibi gra-  
tam semper exhibeamus seruitutem  
& acceptabile tibi fiat sacrificium  
& officium, & omne negocium no-  
strum: hic per gratiam, & in futu-  
ro per gloriam. Per te saluator meu-  
di deus: qui cù patre & spiritu san-  
cto uiuis & regnas deus. Per omnia  
secula seculorum. Amen. Et bene-  
dictio dei omnipotentis pa-  
& fi-  
& spiritus sancti, de-  
scendat & maneat super nos, et an-  
gelus domini bonus custodiat nos  
semper. Amen. ¶ Tinitis gratiarum  
actionibus, taceret os soluat hominem  
stola et crucifixo, et asperget aqua  
benedictam, et dicat ei Ecce filii mi-

sanus factus es per gratiam dei, et  
dñi nostri Iesu christi: vade et am-  
plius noli peccare: ne deterius ali-  
quid tibi contingat. In nomine pa-  
tris et filii, et spiritus sancti. Amé.

¶ In tempore necessitatis. Ora.

**T**ribulationem nostram que-  
sumus domine propitius re-  
spice, et ira tuæ indignationis, quâ  
iuste meremur, propitiatus auerte.  
Per christum dñm. ¶ Alia oratio.

**D**eus, qui peccatum animas  
non vis perire, sed culpas, co-  
tine quam ineremur iram, et quâ  
precamur super nos effunde clemé-  
tiā: ut de mœrore gaudium tuæ  
misericordiae consequamur. Per  
Christum dñm nostrum. Amen.

## ¶ Benedictio herbarum in die sancti Joannis Baptiste. ¶



Divitorum nostrum in nomine do-  
mini. R. Qui fecit celum et terram.  
X. Sit nomē domini benedictum.  
R. Ex hoc nunc et usque in seculum.  
X. Domine exaudi orationem meā. R. Et cla-  
mor meus ad te veniat. X. Dominus vobiscum.  
R. Et cum spiritu tuo. Oremus. **Oratio.**

**O**mnipotens sempiterne deus, qui potesta-  
tem habes in celo et in terra, et cuncta ex ni-  
bilo creasti, et per filium tuum dominum no-  
strum Iesum Christum mundum redemisti, et  
per spiritum sanctum corda discipolorum et o-  
mnium in te credentium illuminasti, quesumus  
ut mittere digneris bene ✠ dictionem tuam su-  
per hanc creaturam herbarum: per intercessio-  
nem sancte Marie virginis et sancti Joannis  
Baptiste in cuius hodie videntur honore colle-  
cte, supplices te deprecamur, ut quicunque ali-  
quid ex eis secum portauerint, vel in domibus  
habuerint, vel ubique apposite fuerint, ab o-  
mni phantasmate demonum et ab omni pericu-  
lo anime et corporis et morte subitanea liberen-  
tur. Per eundem dominum nostrum Iesum  
christum filium tuum. Qui tecum vivit et reg-  
nat in unitate eiusdem spiritus sancti deus. Per  
omnia secula seculorum. ✠ Amen. ✠ Domi-  
nus vobiscum. ✠ Et cum spiritu tuo. Bene ✠  
dictio dei patris omnipotentis, et si ✠ lij, et  
spiritus ✠ sancti descendat et maneat super has  
herbas, et super omnes accipientes aliquid ex  
eis. Amen. Deinde incensentur et aspergantur  
aqua benedicta.

**B**enedictio in die sancti Blasij, que  
lit ex deuotione quorundam locorum super pa-  
nem, sal, vinum. &c. pro salute pecorum. **X.**

**A**diutorium nostrum in nomine domini.  
**R.** Qui fecit celum et terram. **X.** Sit no-  
men domini benedictum. **R.** Ex hoc nunc et  
usque in seculum. **X.** Domine exaudi orationem  
meam. **R.** Et clamor meus ad te veniat **X** Do-  
minus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo. **O**remus.

**D**omine sancte pater omnipotens (**O**ro,  
eterne deus Iesu christe fili dei vivi, sancte  
que spiritus, rogo te o sancta trinitas unus deus  
ut mittere digneris tuam benedictionem et  
medicinam celestem, et diuinam protectionem  
super hanc creaturam panis, salis, atque vini,  
candalarum, atque aliarum oblationum, ut proficiat  
ad salutem hominum et pecorum, et aliorum  
quorumcunque animalium quibuscunque da-  
tum fuerit ut sanitas fiat eis in ore, gutture, ven-  
tre, oculis, corde, in naribus, et in omnibus  
membris corporis eorum ut non possit diabo-  
lus nocere eis, nec in visu, nec in auditu: ambu-  
lando, nec surgendo, nec dormiendo, vel in gu-  
stanto, vel bibendo. Sed deus qui est benedi-  
ctus in secula seculorum, per intercessionem bea-  
ti Blasij martyris tui atque pontificis, ac meri-

Benedictio sancti Blasij

xxxij

tis gloriosis eiusdem et orationibus concedat opem et salutem omnibus eius auxilium postulatis.

Per dominum nostrum Jesum christum. **rc. D<sup>r</sup>o.**

**D**omine Iesu christe fili dei vivi, meritis tuis sacratissime passionis miserere mihi peccatori. Amen.

**Alia oratio.**

**D**omine sancte pater omnipotens eterne deus, defende et sana presentem familiam tuam ab omni morbo et inualitudine, et ab imminentे plaga et a periculis cunctis, et ab eterna damnatione misericorditer eripias. In nomine patris, et filii spiritus sancti. Amen.

Per intercessionem sanctorum angelorum, archangelorum, patriarcharum, prophetarum, apostolorum, martyrum, confessorum, et virginum, atque omnium sanctorum tuorum, et morum illis fac misericordiam ad laudem et gloriam nominis tui. Per dominum nostrum Jesum. **rc.**

**B**enedictio dei omnipotentis patris, et filii spiritus sancti descendat et maneat super panes istos, sal, vinum, et alias oblationes. Amen.

**L**aus deo.

**Tabula indicans que continetur in hoc manuali.**

**A.**

Absolutio a censuris ecclesiæ.	xcix.
Absolutio a peccatis	c.
Absolutio plenaria virtute indulgentiarum	cij.
Absolutio a suspensione	cij.
Absolutio ab irregularitate	cij.
Adiuratio contra locustas	cxxiiij.
Adiuratio aduersus tempestates	cxxxv.
Adiuratio contra dæmoniacos.	cxxxix.

**B.**

Baptismi regulæ	xij.
Baptismus paruulorum	xv.
Baptismus extra ecclesiam	xxiiij.
Baptismus adultorum, vel infidelium	xxv.
Benedictio fontis baptismi	vij.
Benedictio salis & aquæ diebus dominicis	v.
Benedictio panis diebus dominicis	cv.
Benedictio vini	cv.
Benedictio ad omne quod volueris	cv.
Benedictio terminorum	cvij.
Benedictio campanarum	cx.
Benedictio primi lapidis in novo ædificio	cxiiij.
Benedictio panis in die paschæ	cxvj.
Benedictio agni paschalis	cxvj.
Benedictio ouorum, casei, carnium, & candelarum	cxvj.
Benedictio fructuū, & sportarū, & baculoruū peregrinoruū	cxvii.
Benedictio cilicij, & nouæ domus	cxvij.
Benedictio herbarum in die sancti Ioannis Baptistæ	cxxxij.
Benedictio in dies sancti Blasij	cxxxij.

**C.**

Casus summi Pontificis	cij.
Casus Episcopales	cij.
Censuræ ecclesiæ, s. suspensio, interdict. generale, & particu.	xcvij.
Commédatio animæ hominis morientis	liij.
Curati qualiter teneantur visitare infirmos, ibique agitur de oratione testamentorum	xxxvij.

# Tabula.

E.

Eucharistiae regulæ	xxvij.
Eucharistia qualiter est ministranda infirmis	xxvij.
Eucharistia quomodo ministratur sacerdotibus infirmis	xxxiiij.
Eucharistia quomodo confertur sanis per annum	xxxv.
Eucharistiae sacramentum quomodo est renouandum	xxxij.
Eucharistiae administratio simul cum extrema vunctione qualiter fieri debeat	xxxiiij.
Eucharistiae administratio celebrantibus domi	xxxiiij.
Exhortatio ad communicantes in cœna dñi, paschate, & tépo re jubilei	xxxvi.
Extremæ vunctionis regulæ	xxxviii.
Extrema vunctione quomodo ministranda sit.	xxxix.
Excommunicatio maior & minor	xcvij.
Ecclesiæ pollutæ reconciliatio	xcv.

M.

Matrimonij regulæ & documenta	lxxj.
Matrimonium quomodo fit & perficitur	lxxiiij.
Missa pro matrimonio integra	lxxvij.
Maleficiati & impediti in matrimonio	xcj.
Mulier cum primo intrat ecclesiā post velationē	lxxxix.
Mulieris aborsus ex consuetudine	xciiij.
Mulier cū post purgationē partus primo ingreditur eccles.	xxvj.
Mulier cum non potest concipere quid faciendum.	xc.

P.

Preces contra pestem.	cxvij.
Preces pro pluuiâ.	cxix.
Preces pro pace	cxx.
Preces contra hæreses.	cxxj.


R.

Receptio prælati, vel legati.	cxxj.
Receptio regis & reginæ.	cxxiiij.
Regule generales	ij.
Remedias contra tentationes dæmonum	liij.

S.

Sepulturæ quibus concedantur, aut prohibeantur.	lvij.
Sepulturæ adulorum modus	lix.
Sepulturæ paruolorum ordo	lxvij.

Finis Tabule.







SS-A

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

31

28

